

A. III
A. 24.

S. H. S. EX BIBLIOTH.
NATIONIS HUNGAR.

VITEBERG.


III A 24.

SIGNAT. *cis 15 CCCXIII.*

Opusculum hoc; pietate erga eum
Auctor, Patria sua V. Reg. Meritis
firman dicens, compingeremus eum
ut Joannes Thure Tolnay, so-
mocaphis Hungaricus Biblioth-
ca huius Cessio A.D. 1788.

Bibliothek
d. UNGARISCHEN INSTITUTS
an der Univ. Berlin

HW 1559



TENTAMEN
HISTORIAE
LITTERARVM

S V B

REGE GLORIOSISSIMO
MATTHIA CORVINO
DE HVNYAD

IN
HVNGARIA

AVCTORE

PAVLLO WALLASZKY

E MONTANIS HVNGARO.

LIPSIAE

EX OFFICINA SOMMERIA.

MDCCLXIX.

Bibliotheca Pannonica
Vitebegezési d. d.
Aralan

TENTAMEN
HISTORIAE
HYGARI

SENECA QVAESTION. NATURAL. LIB. VII. CAP. XXV.

*Veniet tempus, quo ista, quae nunc latent, in lucem dies extrahat,
et longioris aevi diligentia.*

Ung III A 24

ILLVSTRISSIMO
A C
MAGNIFICO DOMINO,
DOMINO
IOSEPHO LVDOVICO
S. R. IMPERII ET I. REGNI HVNGARIAE
LIBERO BARONI
AB
HELLENBACH
SACRATISSIMAE
CAESAREO REGIAE ET APOSTOLICAE MAIESTATIS
CONSILIARIO ETC.
DOMINO ET PATRONO GRATIOSISSIMO.

A 2

S P E C T A B I L I
A C
P E R I L L V S T R I D O M I N O
D O M I N O
M A R T I N O S E M B E R I
D E F E L S Ö S Z V D
I N C L I T O R V M C O M I T A T V V M R. H V N G A R I A E
H O N T H E N S I S E T S O L I E N S I S
T A B V L A E I V D I C I A R I A E
A S S E S S O R I P R I M A R I O
D Y N A S T A E I N S Z V D N. R H È D E A. T E R È N Y
C E T.

DOMINO ET FAVTORI COLENDISSIMO.

OPVSCVLVM HOCCE
AD DECLARANDAM TOT BENEFICIORVM
QVIBVS STVDIA SVA PROMOVERVNT
MEMORIAM
IN DEVOTISSIMIQVE ANIMI PIGNVS
CVM VOTO OMNIGENAE FELICITATIS

D D D

HVMILLIMVS CLIENS
AVCTOR.

Disqui-



isquirenti mihi Lector Benebole, rationes, cur litterarum in Hungaria cultura, tam iniquos inter alienigenas apud nonnullos, in eo oppido maleulos et non satis peritos iudices sit experta censuras, sola fere, saltim praecepua, eaque in defectu historiae, quae quantum Hungari in studiis his profecerint doceat, fundata occurrit. Illi namque cum vident, pauca id genus consignari litteris, deficere Hungaros materiam confessum, at perperam certe concludunt. Falli namque bonos illos, fallereque cognoscet, qui inspeccis, quae ex naufragio supersunt Historiae litterariae Hungaricae tabulis, medio tulerit sententiam animo. Seculis sane illis maxime ferreis produxit Hungaria tellus viros illis, quibus aetas ista gloriam captare consueverat et numero et doctrina suppares. Post

renatas



renatas vero litteras ea habet decora, quorum vel cultissimam non
pudeat patriam. Seu patronos etenim, et domicilia litterarum,
seculis praesertim sexto et septimo post decimum, seu viros a do-
ctrina paeclaros, operaque horum requiras limatissima: copia
sane (si locus et scopus admitterent) produci posset infinita a).

Quæ


- a) Neque putet quispam verba me dare. Omnia haec grauissimis possunt
doceri documentis. Tantum apud Principes aetate illa Hungaros (vt
quidpiam hac de re dicam) litterarum pretium (quod quidem hodie-
dum ne hilo apud eos decrecitur) tantus eas souendi feruor: vt non
facile Optimatem repereris, qui non scholam illustrem studiis altiori-
bus docendis dicatam propriis aperiuerit sumtibus, ipsi vero non mi-
nus eadem diligentissime excoluisset. Faciunt dictis fidem complures,
in his Nicol. Olahus, Christoph. Sós de Sóvár, Nicol. Istvánffius, Pe-
trus de Reua, Franciscus Forgach, Emericus Thurzo, Valentinus
Balassa, Petrus Pázmány, Gregor Horvath Stanislaus de Gradez, Volff-
gangus et Ioannes Bethlenii, Francisc. de Nadaff &c. Operibus do-
ctissimis, maiorem partem historicis, quibusdam theologicis et iuri-
dicis: quorum nonnulla, cognita nempe, exteris quoque eruditis in
summo sunt pretio, ex quibus sane non inepta futura, ad ea, quae
ignota huicum, argumentatio. Imo, quod scholarum attinet frequen-
tiam, non urbem aut municipium vidilles, vbi non gymnasia docen-
tibus & discentibus frequentia, quaedam academica, adhaec Academ-
iae tres, aliaque floruisse instituta litteraria. Docuit copiam hanc
Ioan. Rezius in *Gymnasiologia Evangelica Hungariae* tribus confitate
partibus, quarun I. de Scholis Magnatum, II. de Scholis urbanis,
III. vero de Scholis oppidanis ab initio Reformationis ad sua usque
tempora, id est finem fere superioris seculi agit pererudite. Utinam
opus utilissimum vna cum *Supplementis Martiobaidianis* lucem tandem
videret publicam, multum ex Hift. Hung. Litter. et ceterum tenebara-
rum. - Eadem est Danielis Krman et Ioannis Burii *Historiae Ecclesias-
tico - Litterarie Operibus Missis* ab omnibus reipubl. litter. civibus
exoptanda felicitas. Taceo iam alios Hungariae eruditos. At vero
vincicabunt famam eius Leonh. Stökelius, Steph. Szegedinus, Thoin.
Félegyházi, Ioan. Sylvester, Petrus Melius, Gasp. Heltai. Mart. Va-
gnerus, Severinus Scultetus, Andreas Duditius, Ioan. Sambucus,
Dan. Tieffenbacher, Christoph. Lacknerius, Albertus Molnár, Mel-
chior Inchoferus, David Frölichius, Ioan. Bayerus, Decius Baro-
vius, Mich. Szatmar - Némethi, Mart. Syluanus, Ioan. Apatzai,
Georg.

Quae tamen non cauere potuerunt, quin Hungari solo ex defectu litterarum Historiae, barbari immo (turpe dictu) omnium artium indociles, a quibusdam nationis totius dedecore summo fuerint traduci b). Nec vero iam in praesens neglectae partis huius historiae (quoniam sane non tantopere, ut quidam, inter hos Reimannus putant c) libet scrupulose inuestigare rationes, plures,

si

Georg. Mártonfalui, Ioan. Fabricius, Francisc. Párisz Pápai, Isaacus Zabány, Mich. Pancratius, Joannes Lucius, Martin. Szentivanyi, Francisc. Otkrotftius, Ioan. Tfetsi, Sam. Kuleseri, Ioan. Tony, Matthias Belius, Sam. Mikouini, Sam. Timon, Car. Frid. Loeius, Daniel Fischerus, Car. Otto Mollerus, Car. Peterius et sexcenti alii, quorum labores theologici, iuridici, philologici, physici, medici, philosophici, et mathematici eruditio[n]em Auctorum arguant non vulgarem.

- b) Vide haec et alia his peiora apud Conringium in *Thesauro Rerum publ. Part. IV. pag. 432. Genevae 1675.* Iac. Reimannum in *Catal. Biblioth. Tom. II. p. 130.* Volaterranum *Lib. VII. Geograph. in Pannonia*: aliosque hos sequentes; quorum illi merito, quoniam durissime castigati Michaeli Rotaridefo in *Præcognitio Lineamentorum Hist. Hung. Litter. antiqui, mediis, et recentioris aevi Altonaiae et Servetiae 1745.* in 4to. passim, præcipue pag. 202-223. hic autem Innocentio Dericio a D. Thoma Aquinate in *Vindicatione pro Culn Litterarum in Hungaria, ac speciatim Criziate, Dioecesisque Nitriensi in 4. Romae 1743.* p. 82. Longe convenientius veritati iudicauit Petrus Bizarus in libello de bello Pannonico, apud Cel. Schiundnerum Tom. I. inquietus, *ad omnia litterarum summa natos Hungaros, sive indulgentia coeli, sive industria, & nubes animi attendatur, quod nemo nisi inexperiens inficietur.* Plurimi ita loue aequo de Hungaris, quos iam producere non attinet.
- c) In Tentamine germanico Introductionis in Hist. Litter. Lib. I. p. 384. inquietus, *nominem sibi fama innoruisse, quem bac in re (in Hist. Hungariae Litter.) porissimum commendare posset, neque in eam induci opinionem, ut sibi persuadeat, unquam quenquam de materia huiusmodi scriptisse, aut falso scribere aliquid dignum portuisse: quippe quod Hungari eo semper prædicti ingenio fuerint, ut equos generosos, acinaceosque fulminantes, libellos et litteris amoenioribus auribus habuerint.* Egregium et dignum polyhistoris cognitione iudicium! Qui itaque scriptores Historiae Litterar-



si usus ita ferret, datus: id saltim verum est, *Hungaros*, quem ad modum in aliis, sic in litterariis etiam, eo semper sensu (vt recte quidam dixit) *fuisse*, ut *praeclaras quaevis agere, quam praedicare maluerint* d). Experiari id Periodis, quae testimonio omnium scultissimae fuerunt. Quid amabo, aetate MAT-

THIAE


riae Hungariae nosse cupit, laudatum Rotaridesum adeat, qui totis, *Præcognitis Hist. Litt. Hung.* meros scriptores, qui de hac parte Historica meriti sunt produxit. At vero, qui *systema integrum* clucubrasset, neminem fuisse, fatendum est omnino. Praefitisset id abundantiter beatus Rotaridesius, Vir patriæ et litterarum harum amansissimus adde et scientissimus: nisi medio in cursu laboris, danno recipub. Hung. litt. maximo mortem oppetuisse. Schema operis totius vide-re est l. c. quod si explore potuisset, ne consecuta fuisset Hungaria thesaurum, quovis auro redimendum.

- d) Componi cum haec possunt, quas Cl. Rotarides l. c. p. 193, §. XVI. allega: dicens: *Causa tam præposteriora cunctationis* (Historia Hung. Litt. edenda) ac diuturna plororumque procrastinationis, *quoniam ego existimo, erunt cum eis, quos toris fleui variis* (bella intelligit tam Turcica quam domestica, quæ ultra duo secula continuo fere grata, vastitatem litteris imprimis Historiae Litter. intulerunt nunquam satis dedolendam, aliasque calamitates non hic explicandas) *qui subinde patriam nostram versant, tum rarer apud nos, quam alibi eorum numerus, qui scribendo virium ingeniique periculum facere et memoriam sui, posteritati scriptis commendare vellent.* Hinc fit, ut et ii, qui priuata industria, egezia venenugnam collegerint, elaborariique monumenta, tandem illa merculose premant, dum inopinata morte abrepti factus suis saepenumero laboriosissimos acque vilissimos, vel iniquis possessoribus aeris ergastulis derinendos, vel flammis delendos, inumerisque alia fatalibus malis vexandos, ac ultimo misere persecundos relinquere cogantur. Pofent equidem longissimum buitus generis infelicum et ad extrellum interitum varia fortuna exagitatorum orbitorum parentibus voluminum catalogum necesse: nisi has Reipubl. Hungaricae Litterarie clades una cum reliquis fundi nostri calamitatis alibi deploranda confituisse. Cf. IOHANNIS SEVERINI V. C. Praefationem *Confessiui Historiae Hung. Civilis* Part. I. praemissam; ubi, quae de causis defectus Scriptorum Hist. Civilis Author dixit, ad Litterarum applicari possunt commode.



THIAE DE HVNYAD studiis Hungaricis praefarius, quid celebratius reperias? Tota Europa eruditi in Hungariam confluabant, agmineque quasi facto, in laudes Principis huius doctissimi effundebantur. Quicquid noui foetus in publicum protrudebant, hunc vindicem, inuocabant, hunc Augustum et patronum catholicum salutabant e. At vero, quaenam sunt iam tantae illius litterarum in Hungaria felicitatis iodienum monumenta? Qui mores, quae statuta, quae incrementa, quae scholae, qui eruditi, quis auguret? Si famam bibliothecae Budensis innumeris ad posteritatem scriptis propagatam excipias, nihil fere reperias, solo felicitatis huius inani nomine, nec in quo ea constiterit docente, superstite. Adeo nempe dulcis haec memoria, neglecta, quae id explicaret historia, evanuit ex animis. Quo tamen factum est, vt, quae litterarum apud Hungaros, cum hoc, tum aliis seculis, facies, quae vicissitudines, horumque in illos merita, iam plerique, nisi contumace adhibita diligentia ignorare; illi vero, qui de iis immortaliter sunt meriti, barbari, immo quod peius (vt quidam conuiciatur) *indole*, quae ferre sapientiam non videtur, praediti, iam audire cogantur. Huic itaque criminationi, vt quadantenus occurratur, meliorque de

- c) Neque tamen negandum est, ipsos etiam aetatis illius eruditos in consignandis id genus monumentis in Hungaria litterariis remissiores, quam e re fuerat, fuisse. In plerisque epistolis nuncupatoriis ad MATTHIAM, quas ad numerum vix cogere possis, nihil praeter inania fauoris in litteras et litteratos amorisque verba, neque, singulares corundem effectus praedicatos reperias. Imo, qui historiam Matthiae ex professo scribendam suscepserant, hoc vitio non vacant. Saltum Bonfinius excusari non potest, de quo inferius. Vnde sterilitas haec tanto est scripturo de rebus his, grauior. Qui tamen laudari meruerunt, locis debitiss non praetermittentur.




studii Hungarorum obtrectatoribus ingeneretur opinio: visum est, *Periodum sub MATTHIA D E HVNTAD| Rege Hungariae et bello et pace gloriosissimo, ex qua, quid de aliis Historiae Litter. regni huius capitibus sit sentiendum intelligatur, tentaminis gratia edere.* Ita vero opusculo toti moderabor, vt Sectione I. De Fautoribus Litterarum et Litteratorum Periodi huius again. II. De Viris in qualibet disciplina eruditis. III. De Academiis s. Studiis Generalibus et Scholis illustrioribus. IV. De Sodalitatibus Litterariis. V. Denique de Bibliothecis, adnexa, de Typographia Budensi Appendice. Peculiarem erat animus, dare Sectionem, in qua nummum elegantissimum descripturus fueram, qui, Illustris Domini IOH. GOTTLÖB BOEHMII Sereniss. Electori Saxoniae a Consiliis Aulicis et Historiarum in Academia Lipsiensi Professoris testimonio, in nummophylacio Electorali Dresdeni prehenditur in honorem MATTHIAE D E HVNYAD cusus, sequentique titulo insignitus:

Caesare magna mihi victo, Thracumque tyrannis,
Maior Apollinea gloria parta tuba est.

Quia tamen nummi laudati typum certis ex rationibus conse-
qui non potui; desistere ab accepto debo, Lectorem amicum
ea, qua par est humanitate obsecrans, quo primitias has aequi bo-
niue consulere, errores, quos in tam refractario labore, atque ut
est Historia Hung. Litter. inculto euitare non facile est, corrigere,
et hiatus, vbi datum fuerit, explere beneuole velit.

SECTIO



SECTIO I.

De Fautoribus Litterarum.


§. I.

Capiendum vero est initium ab eo, cuius Periodum illustrare suscepit Principe, quique, quem ad modum dignitate, auctoritateque, ita in litteras et litteratos fauore, de quibus agendum erit, singulos antecelluit. Fuit is immortalis et dum pretium statutum bonis litteris fuerit, incomparabilis MATTHIAS DE HVNYAD REX HVNGARIAE: cuius breuem vitae, quantum cum litteris nexum habet, dabo notitiam, fusiorem rerum domi bellique gestarum narrationem, ciuilis historiae scriptoribus relicturus a). Natus ille fuit Patre IOHANNI DE HVNYAD, fortissimo Hungariae heroa et Gubernatore, Matre ELISABETHA ex clarissima Szilagyiorum gente oriunda, anno aerae vulgaris MCCCCXLIII. die XXIII. Martii Claudioli Transilvaniae. De aetate puerili, educationeque eius et studiis pauca reperias apud scriptores. Quae sunt extra dubium, hue redeunt. In natali vrbe exegit infantiam cum matre Matthias, patre interea Turcarum in Hungariam retundente incursio-

B 3

nes,

- a) Res Matthiae civiles militares et politicas vide sis, apud Thurocium, Ranzanum, Bonfinium, Reuauum, aliasque Annalium Hungariae autores, omnium vero praeceps, apud GEORGIVM PRAY et GEORG. KAPRINAI c. S. I. PP. acutissimos antiquitatum patriorum indagatores. Postremus hic, quoad litteraris etiam bene meritus est de Matthia in *Hungaria Diplomatica Parte I.* praeceps *Dissertatione I. Cap. II.*, in quo de educatione eius, doctoribus et doctrina multa, elegantissime disputat. Qui vero de ipsis in republ. litterari, gestis ex professo scripsisset, quantum scio vnu est PETRVS IAENICHIUS, in Dissertatione, de MATTHIAE CORVINI in Rem Litter. meritis, inserta *Meletianis Thoroferibus Tomo III.* in 8. Thoruni an. 1726. Tralatitia tamen haec pleraque omnia, neque multum periodi huius historiam litt. illustratura,



nes, primaque litterarum elementa didicit b), diuersis post locis
adolescens, Budae puta, Vieanae, Temesuarini, quod tum Ca-
strum pater cum dignitate Comitis perpetui Temesiensis iure
hereditario tenebat, institutus. In aula Regis Ladislai versatum
fuisse, et inter intimos cubicularios cooptatum, Bonfinius Auctor
est c). Inter Doctores, a quibus est institutus, vix unum al-
terumue nomines, iniuria temporum oblitteratos. Principe vero
horum ponendus est loco, et si non tempore, Ioannes Vitærius
Episcopus Varadiensis, Vir, cui pleraque, quæ educatio ad vitam
bene, beateque viuendam conferre potest, in acceptis retulit Mat-
thias d). Mortuo certe patre, a quo animam agente commenda-
tus

- b) Testantur haec Petrus Ranzanus in *Epitome Rerum Hungar.* in Collectione
Scriptor. Hung. Bongarsii Francofurti an 1600. Indice I. p. 208. et
XXVII. p. 251. Bonfinius *Rerum Hungaricarum Decade III. Libro IX.*
p. 518. editionis Vechelianae Francofurti. an. 1581. Casparus Heltai
in *Chronico Hungariae patria lingua scripto*, Claudiopoli an 1575. im-
presso, vbi pag. 83. haec habet: „Szüle kédig ezt à Mátyáit Co-
„lofvárat Erdélen, mikoron irányac Christus wrunknac szuletesse
„vtán 1443. Böyt másodic hanánac huszon hetedic napián, reggel
„három orakort. Mert az Erſebet Áfiszony ackor Colosuárot szállot
„vala, iövén szilágóból egy szölömiüves gazdag embernel, ki lakic
„vala az ó várba, egenest artzól, mikoron bē mennee az ó várban,
„egy kó házban és az ember szász vala. Annal miarada szálaslon az
„Erſebet Áfiszony a szuletesnec vtanna egy nihány esztendeig, és ott
„viitté a fiat, Mátyáſt, leg elöszris az öskolába. Id eft; Edidit
„Matthiam Elisabeth Colosuarini in Transilvania, dum annus a Chri-
„sto nato 1443. scriberetur, die 27 Martii, hora tercia matutina.
„Nám tunc Elisabeth redux e silvania Colosuarini hospitabatur apud
„Civem vincolan, hominem diuitem et copiosum, qui in óvar
„domum lapidean habebat, quea hoc Caſtrum verus ingredientibus
„recta fronti obiicitur. His vir Saxo ciuis erat, apud quem Elisabeth
„annos postea complures ab edito Matthias hospitio vfa fuit, Ithic
„Matthias primum iuntitur in ludum litterarium.” Vide haec apud
Kaprinyum. V. C. in Hungaria Diplomatica Difserit. I. Cap. I. ybi
de anno die et solo natali eruditè disquirit.
- c) Rerum Hung. Decad. III. Lib. VII. p. 486. et laudatus P. Kaprinal
l. c. p. 57.
- d) Negat Cl. Kaprinal l. c. p. 58. Vitæzium, Matthiae institutorem fuisse,
idque contra auctoritatem receptae huicent sententiae defendit; quam-
quam liberaliter admittat, curam huius illi et directionem a Patre
complif.

tus tutelae eius fuerat, adeo dilexit pupillum; ut carceribus mancipari non detrectauerit cum eo, ad regnum promoturus paulo post. Sublimatus ad thronum Matthias, (quod anno 1458 factum est) nihil magis in votis habuit, quam ut litterarum studia, a praedecessoribus quidem glorioissimis frequentius Hungariae inducta, iniuria tamen temporum sedibus suis electa, quod unum, ad felicitatem gentis esse videbatur, reduceret. Praecipuus excepti suorum et promotor Vitae, Vir eruditissimus et litterarum amantissimus. Rex itaque eruditos vindicauitque infans sumptibus euocare, scholas litterarum officinas fundare, Doctoribus eas celeberrimas munire, bibliotecas praestantissimas instruere, verbo, quicquid excellens in aliis comperit regionibus, regno suo inserre, breuique tempore Hungariam, quam posteri mirantur, Musarum domicilium reddere. Sed de his, ne praeoccupare videar, singillatim erit dicendi inferius locus. Vendum hic, quantum ipse in bonarum litterarum doctrina praefliterit; quam quidem continent i Cl.

Kapri-

commissam fuisse. Verum enim vero, et si in re non magni momenti Viro Cl. repugnare nolim; reor attamen, opinionem vulgatam posse defendi. Atque primum quidem, et si iam Vitae, dum Matthias scientias imbuendus fuerat, Episcopen administrabat Varadiensem, arque grauiissima gerebat in republ. munera: tamen facile id amor in domino potuit Corvinam, atque beneficiorum memoria, quibus a Patre Ioanne cumulatus erat amplissimus; ut puerulum Matthias coniectui adsciret domestico, atque tempus, quod a negotiis supereisset publicis, eius consecraret institutioni. Dein vero et si quidem apud Bonfinium Matthias cum Archipraefatu hunc ad Polonos defectorum reuocare studeat callide, non institutionis, sed educationis (quod Vir Cl. vrgit) faciat mentionem; tamen, ut non moneam, prius in posteriori forte contineri, alio laudatus Auctor loco Lib. VIII. Dec. III. p. 497. aperte Vitae liberorum Corvini moderatorem et magistrum appellat. Ut alia tandem non attingam, pro comperto fere habeo, Matthias insanum illum astrologiae amorem, a Praesule hocce, studio isti ad vitium usque dedictissimo (de quo inferius) instillatum fuisse.

Id saltim verum est, Ianum Pannionum, inter praeceptrores Matthei numerari non posse; si sibi constet calculus interius producendus, qui redditum eius circa an. 1458. ex Italia, locabit.



Kaprinaii verbis utar) studio, assidua lectione, longo rerum usu, multoque virorum doctorum commercio, ad illum apicem perduxit; ut nemo Europeos inter Principes aetate illa, par ei censeretur. Et quantum quidem lectioni bonorum librorum, in primis historiorum tribuerit, paullo post ostendetur: quanti commercium cruditorum aestimauerit, docent Galeotus Martius, Ioannes Regionatus, aliquis et in lago et in toga nunquam a latere moti, eodemque cum Rege coniuncti usi. Itaque inconiuicio eius inquit Galeotus in libro de Dictis et Factis Matthiae Cap. XVII. semper disputatur, aut sermo de re honesta et iucunda habetur, aut carmen cantatur. Sunt enim ibi musici et citharoedi, qui fortium gesta in lingua patria ad mensam in lyra decantant. Mos enim Romanorum hic fuit, et a nobis defluxit ad Hungaros. Cantatur autem semper aliquod egregium facinus; nec deest materia. Nam cum Hungaria in medio nostrum diuersarum linguarum sita sit, semper rei bellicae habet sonitem. Amatoria autem Carmina raro ibi cantantur, et ut plurimum, gesta in Turcos in medium veniunt, non sine sermone concinno.

In litterarum studiis, quae mire calluit, non postremo est numeranda loco, Rerum sacrarum scientia, cuius scriptores complura afferunt documenta. Vnum hic compendii gratia, disputationem nempe eius cum Ioanne Gatto Theologo nobili, in arce Strigoniensi habitam producam. Erat in numero Doctorum Ioannis Vitae Arcliepiscopi Strigoniensis, laudatus Gattus, Theologus acuti et prompti ingenii, multum tamen arrogans; Omnia etenim Theologiae dubia se soluturum ex tempore praedicabat. Euenit vero fortuna ut rex Strigoniun versus iter faceret, hosque Archiepiscopi fieret. Vocatus et ipse Gattus ad mensam regiam, vinoque animosior factus coepit de se ipso praedicare, et affirmare, nihil in Theologia tam esse abstrusum, quod se lateat, paratumque ad quaevis respondere. Tum Rex, dubitavi inquit, diu, cur Christus Petrum, qui tamen eum deseruerit et abnegauerit, atque non se Christi notitiam habuisse, deierauerit, in Principis Apostolorum dignitatem euexerit prae Ioanne, qui tamen ad mortem usque Christi perseverauerit, nullo tumultu, nullo metu
mortis


mortis, nullisque periculis, ab eo se diuelli passus fuerit. Cum vero Gattus in soluendo problemate haesitaret, et nescio, quae mysteria oggereret: tunc Matthias D. Hieronymi contra Iouinianum Opus exemplo afferi iubet, propositaque difficultatem, recitatis ex Hieronymo verbis, non sine Gatti rubore, ceterorum autem admiratione et plausu eruditissimis dissoluit e).

Huc referenda *Historiae antiquae et recentioris, Graecarum et Romanarum, aliarumque gentium cognitio*, quam lexitando autores comparauit amplissimam f). Hinc itaque siebat, ut non facile, Controversia, inter eruditos aulicos, quod quidem quotidie fere siebat, oriretur; quam non, ductis pro afferenda, vel reprobanda sententia, historicorum et philosophorum argumentis, egregie decideret. Complura habet, eius generis Galeotus. „Inter doctos viros, inquit ille loco laudato Cap. XXXI. qui aulam Regis quotidie frequentabant, erat quidam sexdigitus. In manu enim dextra duos habebat pollices. Cuius rei exprobratione irascitur; praesertim cum sextum in manu digitum nonnulli inter monstrosum connumerarentur. Sed rex causam huic sexdigito irascendi istam esse affirmauit. Monstrosum enim inquit apud veteres, ut omnis infastus, expiabantur sacrificio; quoniam semper videbantur praenuntiare infortunium. Quod et Lucani dicta confirmant hoc versu: *Monstroisque hominum partus numeroque, modoque.* Et hoc ratione firmatur. Rarissime enim contingit,

„mon-

e) Vide fusiorum narrationem apud Galeotum Martium, in Libro, *de egregie, sapienter et iocose Divis et Factis Regis Martiae* in Collect. Bon-garsiana Cap. XXX. p. 385. Petrus Iacenichius in Dissertatione, *de Meritis Martiae Coruini, in rem litterarum Meletematis Thorunensibus* Tom. III. p. 186. atque P. Kaprinai l. c. p. 69.

f) Docet id inter ceteros etiam Philippus Bergomensis Lib. XV. supplementi Chronicorum ad an. 1463, inquiens: *Hoc unum de hoc rege vulgarissimum habemus, quod merito cum Iulio Caesare et Alexandro M in omni re conferri posset. Saepe numero (cum legendi auidus) in ipsius palinariis, inueniebatur Liuius, aut Curtius, aut aliis historicis, legebaturque ardenter sacras litteras, et ea, quae in his continentur, memoriae uero commendabat, ut plerique admirarentur.*



„monstroso corpori non subesse monstrosos, peruersosque mores.
 „Anima enim (vt a doctis viris accepi) ex medicorum sententia se-
 „quitur corporis habitudinem. Monstra ergo homini obiicere,
 „nihil aliud est, quam vitia exprobrare. Quis iram compresserit,
 „cum inter vitiosos numeretur? Nemo enim tam malus est, qui
 „malitia nomen, non vehementer abhorreat. — Quoties vidi-
 „mus a natuitate clados, aut caecos, aut aliqua corporis parte mon-
 „stroso, moribus quoque et mente caecutire et claudicare, et per-
 „verso iudicio vti. Perfecta enim natura, perfectos afferit mores;
 „sed in his, quos casus debilitavit, alia ratio est. Nam fortissimi
 „optimique et Reges et Imperatores militesque strenui, casu aut
 „caecutierunt, aut claudicarunt, sicut de Horatio Coelite legi-
 „mus, qui Portuinae regis exercitum solus in ponte tenuit, et ex
 „eo cadens, toto vitae tempore claudicauit. Adducerem Philip-
 „pum Alexandri patrem, et Hanibalem cum Sertorio monoculos,
 „nisi sacra Scriptura Iacob virum perfectum narraret ex collucta-
 „tione cum Angelo claudicauisse. Inquit enim, vnde crux eius
 „emarcuit. Qui enim huiusmodi debilitates casu factas connume-
 „rat, gesta horum praeclara refert. Vnde non inconcinne Coles
 „ille Horatius pedis debilitatem exprobanti respondit, se per fin-
 „gulos gradus gloriae suae admoneri. Monstra igitur nascuntur
 „non fiunt. Nonne instrumentum vetus aduncarum narium vi-
 „ros atque reburros a sacerdotio abdicat? „ — Ita alio loco Cap.
 XXVI. inquit: „A Rege Matthia saepius audiui, male facere hu-
 „iis aetatis historicos, qui regionum, vrbiisque nomina ad anti-
 „quitatem reuocare contendunt; cum in vrbiibus non sit magnus,
 „sed regionibus maximus error deprehendatur et fallacia. Nam si
 „quis Gallorum regem nunc nominet, quis non intelliger, non es-
 „se sub hoc vocabulo Franciam comprehensam, cum gens Gallo-
 „rum et citra et ultra Alpes sita confusionem faciat, Franciae po-
 „pulos minime concludentem. Si quis autem Myriae nomine Ser-
 „viam nuncupari: faciet nominis errorem, cum duplex sit My-
 „ria. Rasciam aetas nostra nominat et Thraciae et Myriae partes.
 „Hungariam ab Hunnis et Auaribus appellatam, Pannonias, Da-
 „ciaeque partem haberit intelligamus. De Polonia quid loquar,
 „cum Germaniae et Scitharum partem complectatur? Sclauonia

,tam

tam latae significationis nunc est, ut in Italiam usque extendatur.
 Lingua enim regionum hoc facit. Austria, ubi noua Vienna est,
 et Pannoniae, et alterius nationis obtinet portionem. In Italia,
 ubi via Aemilia est, quae latius patet, continetur diuersa, et
 Marchia alios habet fines, quam Picenus ager. Et ne omnia
 persequar, dicebat Rex, necesse esse, ut nouis nominibus, pro
 linguarum, regnum, praefectoriarum mutatione utamur. Nam
 nec hoc carēt exemplo dicente Plinio libro tertio, gens Liburno-
 rum iungitur usque ad flumen Titium, pars eius fuere Mento-
 res, Himmani, Encheleae, Dudini, et quos Callimachus Vin-
 centios appellat: nunc totum uno nomine Illyricum vocatur ge-
 neratim. Sed de urbibus et regionibus, si quis ambigeret, legat
 Strabonem, ubi antiqua in noua transisse nomina comprehendet.
 Nam Feriarum pro Muento, et Bonoriam pro Felsina positas in-
 veniet. Nunc et Imolam et Fuentiam Cornelii Sempronii fora
 cognoscet, licet et Fuentia et Bononia et in veteribus nomina
 frequententur, Fluentia in Florentiam, Patauim vero in Pa-
 duam declinarunt. Et quae Venetia ad Mantuam usque Strabo-
 ne teste extendit; Marchiae Teruifinae nomine comprehen-
 ditur, finibus diuersis. Et antiquitas Taurunum, quod iunio-
 res Hungari Nandoralbam Sclauini Bellogradum et Italici nuncu-
 pant. Concludamus igitur, vel linguarum diuersitatem, vel ur-
 bium instauraciones, vel praefectorias impositas, vel regna con-
 stitura, non recte, pro rerum et locorum varietate in omnibus
 antiquum nomen seruare: cum termini variati sint, et perpau-
 ca reperiuntur, quae ab antique tenore minime discesserint.,
 Quis ex his, non concludat, Matthiam eleganter historiarum et
 geographiae peritum fuisse. Qui plura id genus scire cupit, eun-
 dem adeat Galeotum, l. c. Cap. II. V. IX. X. XI. XV. XXI. XXXI.
 cer. Neque vero minus eleganter doctus erat Mathesim, in ea,
 architecturam ciuilem adeo, vt cum peritissimis architectis teste Ga-
 leoto, decora et commoda aedium diuisione, non sine victoria cer-
 tarit. Aedes itaque extruxit magnificentissimas. Budensem ar-
 cem, ubi praeter magnifica Sigismundi aedificia, nihil spectacione
 dignum erat, retractioremque aulam nimis exornauit; quippe qui
 a Danubii parte aediculam statuit, hydraulicisque organis, item




sacro fonte duplici, marmoreo et argenteo decorauit. Palatia erexit, inquit Bonfinius, parum a Romano luxu differentia, vbi laxa triclinia, procita, cubiculaque superbissima, item laquearia vbiique varia et aurata, multa insignium varietate distincta; postes insuper emblemata conspicui, insignesque camini, in quorum fastigii quadrigae ac multa Romanorum stemmata sunt sculpta, intra hypothecae thesaureaque, ad solis ortum variae coenationes et cubicula, aestuaculaque multa: item heliocamini et auratae zetae; praeter haec alta abditaque secreta, argentei lecti, argenteaque cathedralae. cert. Quis vero pro dignitate enarrabit, quae Vicegradi perfecit. Apparatus hic Attalicus et laxa triclinia, ambulacra tektorio opere candidissima, et fenestras superbissimas cernere erat. Hic horti, fontesque pensiles, qui porphyreo marmore, aeneoque folio culti sunt g).

Astronomiae et Astrologiae, quam teste Galeoto a doctissimis viris acceperat, adeo fuit deditus, ut omnia fere ad fatum referret, et nihil inconsulto adoriretur horoscopo h). Imo neque phy-

g) Non satis hanc Matthiae, in aedificiis fruendis Budae, Albae Regali, Vicegradi, Tatae, Peithini cet, elegantiam mirari et laudare queunt scriptores. Qui plura in eam rem legere cupit, adeat ipsum Bonfinium Rerum Hung. Dec. IV. Lib. VII. p. 631. seqq. Nicolai Olachi Hungariam in *Apparatu ad Hist. Hung.* Beliano Polonii an. 1735. impreslam Dec. I. Monumento I. vbi inter alia de palatio Matthiae Vicegradensi ita ait: *Haec aula praeter situs amoenitatem, tam pregiis aedificiis ornata est; ut sine controversia, plurimorum regnorum aedificia superare videatur, et nusquam viderimus, quidquid regnorum in hunc diem peragraverim, aedes paribus ornamenti structas. In ipsa sola Luteria Parisiorum Urbe, eo loci, quem vulgus Aulam Parlamentum vocat, in qua ius dicitur, negotiisque tractatur regis, unicam vidi cameram in similitudinem barum et Budensem aedium, tignis, tabulisque inauratis fabrificam.* Vide Belii Notitiam Hungariae Tom. III. p. 687. seqq.

h) Adeatur Ludov. Tubero in Historia sui Temporis in Collectione Scriptorum Hungariae Schvandneriana Tom. I. p. 115. Bonfinius Decade IV. Lib. VIII. pag. 654. Edit. Vecheliana. Ranzanus vero in Dedicatione Epit. sua Hist. Hung. Indice I. Edit. Tyrnaviensis an. 1579. haec habet de scientia eius astronomica et physica: *Adeptus tibi es (alloquitur Regem) et scientiam, qua pro tuū ingenii excellentia potes multa,*



physiognomiam aspernabatur, ope cuius, primo conspectu, hominum dicitur mores solertissime iudicauisse i).

Quid vero dicendum, *de scientia eius militari?* qua superasse omnes aetatis sua et principes, Orientisque et Occidentis dominisse Imperatores, nemo negabit. Praecipue huic se dedisse, ipse fatetur Rex apud Galeotum l. c. Cap. XXX. inquiens: *Non multos in Theologia libros legi, nec etiam in aliis facultatibus: a puero enim ad regiam dignitatem eueritus, pauca e multis didici, et militarem quodam modo litteraturam arripiuit.* Ad eam itaque comparandam, Frontinum, Vegetum, aliosque rei bellicae scriptores contento voluebat studio. Facit fidem dictis Galeotus Cap. X. l. c. qui inter alia, sequentem refert de Matthia historiam. „Incidit, „inquit, inter homines, qui in corona regis adstabant, disputatio de regionibus, quenam esset hac tempestate scientia rei militaris ac fortitudine illustrior, circumstantibus diuersarum nationum viris — maxima namque virorum multitudo ex toto fere orbe ad regem Matthiam confluxerat, quoniam varietate bellorum, multitudine victoriarum, magnitudine gestorum, totius Europae Principes anteibant. — Sed in sermone de regionum praefstantia, quisque patriam suam laudavit, Hispani Hispaniam, Germani Germaniam, Boemi Boemiam. Et ne generatim prosequar, Itali Italiam extollebant. Ad huius rei corroborationem, qui erant docti, testimonia historicorum proferebant. Indocti, vero, historicam fidem non correspondere conditionibus aetatis nostrae contendebant afferentes, aetatem nostram, artibus, machinamentis bellicis, antiquitate praefstantiorem, cum et fratergemata et machinamenta mirabilia exegitarit reiectis quibusdam et antiquis quidem machinis et armis. Tunc rex Matthias hilari vultu inquit: si centesimam partem antiquae militiae aetas nostra teneret, talemque rei militaris disciplinam haberemus, quae posset cum antiquitate conferri; profecto Turcorum regnum, non fuisset tam longe lateque diffusum. Non enim antiquitatem

C 3

„nun-

*multa, tum de coelorum ac syderum, tum de aliarum rerum naturis
promte differere.*

i) Galeotus Martius l. c. Cap. XIII. Conf. P. Kaprinai l. c. p. 69.



„nuncupo, quae intra 500 aut 600 annum continetur: sed ad illos me verto, qui tempore Romanorum viguerunt. Artes enim bellicae, machinamenta et tormentorum vis magna tunc claruerunt, ut in Frontino, Vegetio aliisque plurimis luce clarius inspicitur. „De illorum temporum ducibus et imperatoribus quid loquar? Cum nemo tam extremae dementiae sit, quamquam bellicosissimus praediceretur, qui se ipsum, aut Hanibali, aut Alexandro Regi, aut Marcello, aut Scipioni, Iulioque Caesaris audeat, non modo anteferre, sed aliqua ex parte comparare. Si autem antiquitatem intra 500 aut 600 annum incluseris, non a vobis dissentiam; nam intra hos annos pauci, aut fortassis nulli possunt cum aetatis nostrae ducibus comparari. Renouata enim a nobis illa bona et perita antiquitate, longe melius praestantiusque rem militarem tractauimus, quam illa ruditus aetas, quae non est sexcentesimo anno maior. „Quid mirum iam, si e tanto studio rei postea bellicae, ut habet Bonfinius, peritisimus euaserit, bellicam disciplinam auxerit, varia machinarum et armorum genera inuenierit, eaque in arte militari commentus sit, quae aliis eo usque ignota fuere. Testantur id praeclara ab eo edita belli stratagemata, relatae de hostibus potentissimis tot insignes victoriae, quos singulatim haud licet memorare k).

Nec postremo sine causa tandem refertur hoc, *linguarum diuersissimarum amplissima cognitio*. „Omnis inquit Galeotus l. c. „Cap. XXVIII. litteras, quas ad diuersas partes mittit, aut ipse dicitat, aut ab aliis scriptas legit. Itemque ad se missas, sine aliqua mora oculis percurrit. Peritus enim plurium linguarum intelligit, latine optime seit, bulgaricam linguam, in qua Turci sua scribunt diplomata bene tenet, parum namque a sclauina distat, cuius Rex Matthias non est ignarus. Vnde factum, vt cum

k) Vide haec apud eundem P. Kaprinai l. c. Dissert. I. Cap. II. §. 3. p. 70. Non abs re fuerit etiam legere disciplinac militaris sub Matthia, et methodi pugnandi Hungarorum apud Bonfinium l. c. p. 643. descriptionem, quae eleganter, quae hic dicta sunt confirmant. Adde *Laudes Matthiae bellicas* auctore Cortesio, in appendice Bonfinii, editionis Vechelianaæ.

❀ ❀ ❀

, cum Boemis, Polonis, Rhutenis, Dalmatis, Bulgaricis, Curetibus, Seruanis, Brencis, Roxolanis, aliisque permultis populis, sine interprete loquatur. — Germanorum autem sermonem, puer adhuc et in carcere didiebat. Quinimmo, si Bonfinio Dec. IV. Lib. VIII. p. 654. habeatur fides, praeter Turcicum et Graecum, omnia Europae glossemata calluit, memoriaque nec Scipioni, nec Mithridati, nec Simonidi denique cessit. Latinum saltim idioma iam puer eleganter didicerat. Quare pater eius, cum ipse linguae huius expers esset, in arduis negotiis cum Pontificum Legatis pertractandis, nullo alio usus interprete, quam filio, ita, ut tener adhuc Matthias arduorum negotiorum cognitionem imbiberit. Hanc sermonis peritiam, frequenti posse doctorum hominum commercio auxit adeo; ut in longo etiam sermone, raro admodum in eius leges peccarit 1).

Ex his itaque indiciis patet verum esse, quod toties laudatus Galeotus ait: *Eft in eo eruditio plurima, eloquentia mitis, et multarum linguarum cognitio m).* Quid mirum itaque? si tam eruditus Princeps, quicquid ad incrementum bonarum litterarum spectare rebatur, liberalissime praefiterit (de quibus inferius erit dicendi locus) Hungarosque suos potentes quidem ad iuuandas, omnes autem ad colendas, qua verbis, qua exemplo impulerit. Et sane non lusit operam; ut vel hinc apparet, quam Regis ad exemplum totus se componat orbis. Quanta non porro praefitterit Princeps de Hungaria sua optime meritus? nisi has inter occupationes omni laude maiores, praeter expectationem omnium, vitam cum morte, litteris, toti regno, immo bonis omnibus acerbissima Nonis ipsis Aprilis anno MCCCCLXXX. aetatis vero septimo et

qua-

1) Galeotus Martius I. c. Cap. XIII. Qui etiam Cap. IV. exemplum huius rei memorabile referit.

m) I. c. Cap. X. Vide plures eruditionis eius panegyricos, apud omnes, quicunque quecipiam de eo scripsere, aut foetus suos eidem nuncupare. In his instar omnium Bonfinium in diuersis Operibus, praeceps Epistola Dedicatoria Hermogenis Tarensis Rhetoricae Lugduni apud Seb, Gryphium an. 1538. Historia Hungariae aliisque.



quadragesimo, multo his desiderio su relieto Viennae Austriae
fuisse commutare coactus, non diu post Albae Regali magnificen-
tissimo elatus funere n). Antonius Thebaldeus sequenti exorna-
vit Heroam incomparabilem epitaphio :

Coruini breuis haec vrna est, quem magna fatentur
Facta fuisse Deum, fata fuisse hominem o).

§. II.

Succedat Regi Princeps sacri in Hungaria Ordinis, et summus
post eum litterarum patronus *Ioannes Vitézius*. Natus est in tira-
ca Sec. XV. exordium, in Slauonia, parentibus tenui quidem fortu-
na, nobili tamen stemmate. Studia litterarum, postquam funda-
menta eorum in patria iecisset, ut id temporis mos obtinebat, in
Italia coluit. Redux in Hungariam, amicitiae se in primis *Ioannis*
de Hunyad Gubernatoris post, insinuauit; et postquam in aula
eius compluribus annis versatus fuisse, atque filium Ladislaum bo-
nis artibus imbuisset; opera tanti huius patroni, ad Varadien-
sem an. 1445. promotus est infulam; vicennio exacto, laboribus
que pro patria innumeris exantatis, *Matthiae* anno 1465. ad Ar-
chiepiscopatum Strigonensem, translatus beneficio. Cui tamen
moderari, non diu Vitézio datum est. Defecturus etenim ad Cas-
imirum Polonum (caussas numerare non huius loci est) versutia
Regis *Matthiae* reconciliatus primum, post carceri mancipatus,
et si quidem libertati restitutus deinceps, ex dolore animi V. Idus
Augusti anno 1470. extinctus est. Vir fuit, quemadmodum ipse
vndi-

n) Vide pompam integrum apud Bonfinium l. c. Dec. IV. Lib. VIII.
p. 650. seqq. Orationem ornatam, copiosamque de laudibus & gestis
eius habuit Petrus Ranzanus, qua simul, annuente Senatu, omnibus
que Pontificibus euincere volebat, MATTHIAM iure esse inter
Divos referendum.

o) Vide plura apud Iouium in *Elogiis Virorum bellica Virtute illustrum* in
Vita *Matthiae Coruini*. Petrum de Reua de Monarchia et S. Corona
R. H. Cent. V. p. 637. in *Collectione Schuandneriana*, Cf, Czuit-
tinger in Specim, Hung. Litt. pag. 106.

vindiquaque in primis litteras graecas et disciplinas mathematicas
 doctissimus, ita litteratorum fautor liberalissimus. Hanc ei lau-
 dem, quique scientiarum harum callentissimi, merito et vero tri-
 buerunt. Vnum producam, aetatis suae Archimedem, Ioannem
 de Regio Monte, qui in epistola nuncupatoria, *Tabulis Directio-*
nibus et Professionibus ab se editis, quas *Ludum Pannonicum* voca-
 vit, anno denum 1490 excusis praemissa, postquam de difficultate
 scribendorum librorum egisset, porro pergit et sequenti elogio
 Vitae exornat: *Mihi autem Reuereuissime Domine, aliud*
preterea accidit, quod factum pro�us impossibile reor, assidue
scilicet iussione tue morem gerere ac denum iudicio tuo, non minus
acuto, quam recte dignum aliquid reddere. *Tue profecto moni-*
tioni nephias est contrauenire, qui eum licentius in me habeat im-
perium praeter te, mortalis nemo est. *Vbi autem lucubrations*
*meas coram te, tam rigido, quam perspicacissimo censore deprom-
 sero; labafset illico annus.* *Quis autem eruditissimus licet, ali-*
quid nouarum litterarum impune tibi affert, quippe qui omni
doctrina ac virtute mirum in modum preditus es, diuinarum, hu-
manarumque rerum plenam tenes cognitionem, omnibus, cuiuscunq[ue]
litterature te prebeas auditorem: omnes tamen excellentissima
eruditione tua antecellis adeo, ut discipulos sese fateantur, qui in
habitu preceptorum ad te acceſſerint. *Quantus es, quam*
profundus in sacris existas litteris, neminem ignorare arbit-
tror. *Quid referam de iure pontificio, cuius notitia quidem or-*
namento tibi est, usus autem dignitati tue perneſſarius, quippe
qui supra omnes prelatos regni hungarie primatum tenes. *Vni-*
versa denum philosophia tibi familiaris est: discipline autem qua-
driuitales decus et gloriām pepererunt: Quodsi ad negotia huma-
na transeundi detur licentia, quis non admirabitur immensan-
tuam prudentiam, ex qua totius regni hungarie gubernatio pen-
det. — Suffragatur huic Galeotus Martius in Dedicatione Libb.
 de Homine ad Vitae, propria experientia edocitus inquit: *Tu*
Iuris Pontificii consultissimus, Theologiae peritus, Philosophiae
princeps, totiusque Matheoſos pater, Oratoriae et poeticae alum-
nus; ea documenta doctrinae et ingenii tui iam dudum dedisti, ut
plures, ita nunc loquar, in te animos h. e. veros homines esse cerna-



mus. cet. Astrologiae autem adeo fuisse deditum ferunt: ut ephemerides secum gestitans, nihil nisi consultis astris ageret a).

Fauoris sui in eruditos plurima dedit documenta. *Habebat* secum, inquit Galeotus, qui et ipse familiaritate eius, antequam ad regiam vocatus fuisset, usus est, *Viros excellentes, et in omni fere doctrina excultos.* Academiam Posonii, Strigoni scholam illustrem et bibliothecam, de quibus paullo post, fundavit. Adolescentes bonaे indolis ipse educavit, propriaque expensa partim domi, partim in Italia optimarum artium studiis excolendos curavit: ex quibus prodierunt Janus Pannonius, Perrus Gyöhös per omnes sacerdotii deum ordines, ad Archiepiscopatus Colofensis, aliosque summos in Regno honores euctus, atque alii b).

§. III.

Iungam andecedenti cognominem ex sorore nepotem *Ioannem Vitázium* sub *Iani Pannonii* (quod sibi more indiderat seculi) nomine percelebrem. Natiuitas eius in annum circiter 1434. mensim Augustum incidit a). De loco

- a) Galeotus in *Diffis et Factis sapienter Martiae Regis Cap. XXX.* Scriptor Hung. Bongars. p. 385. Samuel Timon in *Purpura Pannonica* pag. 89. Nicol. Schmitt in *Archiepiscopis Strigoniensibus Tom. I.* in Vita eius.
- b) Bonfinius l. c. Dec. III. Lib. V. p. 658.
- a) Si modo veritati conuenienter tefetur Paullus de Iuanich in nota ad Epitolum Ioannis Vitázii Episcopi Varad. ad Guarinum datam, cum aliis a Joanne de Zredna collectis et a Georg. Schundtnero V. C. in Tom I. Scriptor. Hung. edita, quatuor iam annis lanum, anno 1451. sub Guarini institutione fuisse. Cum vero ante 12. aetatis annum, in Italiam vix missus sit; siquidem prima elementa, ut alibi loquitur, domi imbibit; sequetur circa an. 1434. natalem eius ponendum esse. Luculentius id porro apparet ex ipsis Operibus Iani: si bene se habeat in *Deliciis Poetorum Hungaricorum* Danielis Paraei, notatio annorum (a Ianone, vel alio quoquam profecta) quibus singula opuscula ab Auctore protrusa sunt. Elegiae XIII. qua conqueritur, de agrostationibus suis mensis Martio, atque inter alia habet sequentia:

Tricenis geminos tunc annumerabimus annos,
Cum peragat senas menstrua luna vias.

apposi.



loco natali non plus scimus, quam ipse carmine quodam ce-
cinit b):

Me simul hos inter, fatis et sorte Deorum
Pannoniae tellus tenero tibi (alloquitur Guarinum) misit in aevum
Qua mox danubio, mixturus nomen et vndas
Pinguis culta secat leni iam gurgite Drauus.

Ladouicus vero Tubero in *Hist. sui temporis Tom. II.* apud Schuandtnerum p. 159. refert, natum esse (nobili quidem, at tenui sorte parentibus) in ea mediterraneae Dalmatiae regione, quae inter Sauum et Drauum annes sita est. Fundamentis litterarum in Hungaria positis, auunculi Ioannis Vitezii, Episcopi tum Varadiensis munificentia in Italiam missus Venetiis primum substitut. Ferariam hinc profectus atque Guarino commendatus annis XI. sub celeberrimo hoc latinitatis restauratore Graecas et latinas didicit literas c). Poeticen a Galeoto Martio liberalissime hausit d).

D 2

Quan-

appositus est annus 1466. Ex quibus comparatis iniucem, annus tri-
gesimus quartus, ultra millesimum et quadringentesimum, Iani prodi-
bit ut ex Iuanichio natalis.

- b) In Panegyrico Guarini Operum eius Edition. Budensis pag. 16.
c) Canit id ipse Ianus Operum suorum pag. 156. Edit. Budensis an. 1754.

Imbiberam tenerae vix prima elementa Mineruae,
Nec mala venturi iam documenta dabam:
Cum tuus (matris) Aufonias tradit me frater ad oras
Longinquo et Musas quaerere in orbe iubet.
Illi impensa Venetas celebranuimus vrbes,
Dum sol vndeclies per sua signa redit.

- d) Hanc in rem ita quodam loco:

Si Galeote meo te collaudauero versu,
Det veniam nobis cetera turbula precor.
Et, si versiculos facio non prorsus inertes,
Doctrinae, fateor, munus id esse tuae.

Per



Quantum vero in amoenioribus hisce praestiterit studiis, 'Opera eius sunt argumento. Praeceptor eius (Guarinus) inquit Bonficius e) saepe dicere solebat, se nullum adhuc ex Italìs, peregrinisque discipulum habuisse, qui praestantia, docilitate, foecunditateque ingenii cum Ioanne Pannonio conferri posset. Si Latine loquebatur, in urbe Roma; si Graece mediis Athenis natum affirmasset. Nil barbarie actio et oratio redolebat. Natum ad carmen ingenium reputaueris, in oratione non iniucundum. Quodsi in publicis curis et procellis non fluituisset, nimirum cum priscis oratoribus et poetis certare potuisset f). Atque id quidem ipse tribuisse sibi, nec abs re videtur, dum loco quodam ita scribit:

Carminibus nostris nocet illud, Paule, notaui,

Quod non sint Latiis edita consulibus.

Quidvis cana facit multo pretiosius actas,

Rebus et a longo tempore surgit honos,

Ac tu, si quando mea legeris, esse putao,

Prisca, videbuntur sic meliora tibi.

Neque vero se his adeo tradidit; vt non alii quoque, in primis
seuerioribus imbuisset animum disciplinis. Historiae certe vniuer-
sae,

Per te cognoscendi celstas Heliconis ad arcis,

Gorgonei fontem, pes vbi rupit equi.

Per te Parnassi peragraui roscida tempe,

Tu monitor, tu dux, tuque magister eras.

e) Rerum Hungar. Dec. IV. Lib. III. p. 569.

f) Eandem ei, quilibet rerum harum intelligentissimi tribuerunt laudem; ex quibus vinum porro, Beatum Rhenanum in medium afferam, qui in epistola quadam ad Iacob, Sturmum ait: Sic huius me lectio totum rapuit, ut si cuius veroris. Habet enim carmen non anxius cuseum, sed plane elaboratum, & maiore ingenio, quam cura fluens. Praeterea reconditam eruditatem in Panegyrico ostendit, tantum fabularum, tantum historiarum intendo. Sicut nonnulli, quibus parum placet, quicquid nostrum vel seculum, vel solum protulerit, a quibus ego longe discentio; quippe qui Ianum — non contentius logo, quam Maronem — Plura elogia eius vide in Czuittingeri Specimine Hungariae Litter. p. 292. seqq.

sae, mythologiae, geographiae, politices atque matheseos extantissima in opusculis eius occurruunt indicia. Historiam in primis partiam doctissimum fuisse, Sambucus auctor est: qui in praefatione Operibus Iani a se editis praemissa inquit: *Vtinam quidem Annales eius (Hungariae) aliquando Vienae conspecti et leti prodeant, carceresque perfringant; non secus me Deus! atque Ciceronis aut Liuii quae periere, necum excipienda ducerem. Tantum quique huic vati iure tribuendum censcat.* In Iuris scientia Arethinum, in Philosophia vero peripatetica Andronicum, atque platonica Marsilium Ficinum, Viros clarissimos praeceptores coluit. His itaque excultus disciplinis, et virorum, quos Italia id temporis fouebat eruditissimorum auctus amicitia, circa annum 1458. g) in patriam redditus Martis primum caltra fecutus, mox tamen sanitate tenui pedum pro lancea signore coactus. Quinque Ecclesiaram itaque Insula a Rege ornatus, quantum potuit, doctrina, consiliis, sumbris, litterariam (vt nihil de ciuili addam) rempubl. adiuvit. Inter primos certe fuit, qui cum auunculo Matthiae, ad vniuersitatem studiorum Budae fundandam auctor extitit. Neque dubitauerim, quin in vrbe propria eruditos foverit, academiaeque a Ludouico M. institutae, tantus, tamque amans studiorum prae-
fus restituere florem, pro virili annis sit. Plura dubio procul praeftissem; nisi aduersis vexatus fatis in aerate florente, vitam cum morte commutasset. Accusatus etenim, quasi cum Polonis auunculo comite, contra Regem Matthiam coniurasset, metu im-
pendentis mali Zagrabiam: vt si a Rege peteretur, continuo e finibus elaberetur, profugit; ibique postquam de Metropolitae mor-
te nuntiatum est, geminato dolore correptus, paucis post mensi-

D 3 bus,

g) Si etenim, vt ex mente Paulli de Iuanich superius notavi, anno 1451. sub disciplina Guarini quadriennium fuerat; atque undecim vt ipse Janus canit, annis in Italia morabatur: in hunc annum redditus eius incidit. Iam hoc 1458. anno apud Paracum l. c. p. 177. Elegian IX. de se aegrotante ad Blasium Miletum, ex qua patet iam in Hungaria fuisse scripsit, inquiens inter cetera.

In Turcas utinam tecum simul arma tulisse,
Non foret in tanto nunc mea vita metu.



bus, anno 1472. aetatis circiter XXXVII. interiit, aeternumque
sui, vt Bonfinius ait, Pannoniae non minus, quam Italiae deside-
rium reliquit. Cadauer exanime scrinio picato impositum, sa-
cerdotes clam (hostis etenim reipubl. est iudicatus, eaque propter,
solennia eidem iusta soluere nemo ausus.) Quinqueecclesis intulere
facello. Cum multo post tempore (biennium quidam dicunt)
Matthias forte urbem illam et basilicam inuiseret, facerdotum Re-
gi collegium supplicauit, vt Iani poetae corpus debito sepulturae
honore iam honestare pateretur. Indoluit Rex tanti viri casum,
falsam eorum opinionem ac metum increpauit, et ne poeta insignis
sepulchri honore fraudaretur, honestissimas mox exequias edixit h).
Epitaphium sequens sibi posuit, sepulchro post inscriptum:

Hic situs est Janus, patrium qui primus/strum,

Duxit laurigeras, ex Helicone Deas.

Hunc saltem titulum liuor permitte sepulto,

Inuidiae non est in monumenta locus.

^{ad}
Scripsit multa Vir immortalis, stilo ligato pariter ac soluto: quo-
rum quidem optima quaeque vel interciderunt, vel ab inuidia, vt
Sambucus ait, ne lucem aspiciant, alicubi premuntur. Inter de-
perditos, vel saltim ineditos, *Annales Hungariae heroicis ver-
ibus compositi*, *Tomyris laudes*, *Trottæ Constantia*, *Vitæ Brutii
et Galbae ex Plutarcho latine verjæ*, quas huic Auctori, Sambu-
cus tellis oculatus tribuit, numerantur. Cetera Viri huius celebre-
rimi, quae superlunt Opuscula, poemata, elegiae et epigrammata,
a diuersis, diuerso edita sunt tempore. Primus omnium Frobe-
nius, quaedam ex tenebris protracta, vtpote Guarini Panegyri-
cum, ad Fridericum III. Imperatorem pro pacanda Italia Car-
men, cum duabus epistolis Baptistae Guarini filii ad Ianum datis,
aliisque quibusdam epigrammatis an. 1518. edidit. Alter, Opori-
nus editionem, Marcelli Panegyrico, olim iam ab Hilario Canciun-
cula edito, atque Glauci cum Diomede congressu, ex Homerii Il-
liade ab Iano conuerso auctam repetiit. Vtiusque vero indu-
striam superauit Ioannes Sambucus, qui elegias præcipue Stroz-
zianas

h) Bonfinius loco citato p. 569.

zianas et Iani ad eum datas, *εγανεμον*, et insignem epigrammatum copiam, superioribus adiecit, praefationeque eleganti ornauit. Daniel denum Paraeus, quicquid a triumviris his Vitezianorum vulgatum fuerat, *Deliciis Poetarum Hungaricorum* An. 1618. Heidelbergae editis inseruit. Nec tamen pauca ab his quoque praetermissa fuere, in quibus colligendis operam suam exercent alii. IGNATIUS NORBERTVS CONRADI itaque Scholarum Piarum sacerdos nouam adornaturus Iani operum editionem, fauore Illustris Consiliarii Caesareo Regii D. ADAMI FRANCISCI KOLLARII, quedam, quae Sambucum fugiebant epigramma-
ta non inelegantia, ex Augusta Bibliotheca secum communicata ad calcem adiecit atque Budae typis Landererianis an. 1754, excudi curauit i), malam tamen eo apud lectores cupendarum similium amantes inturus gratiam; quod libellum castrauerit et complura epigrammata, quae ille lusus iuveniles inscripsit, supprese-
rit, vti id collatio Paracanæ editionis et huiusce ad oculum ostendit. At forte, quæ offensiculo esse possent, iure remouen-
da putabat.

§. IV.

Aliorum plurimorum merita enarrare singillatim et vitani, longum foret. In compendium itaque eorum comprehendam no-
mina, producturus auctores ex quibus fusion hauriri potest notitia. *Urbanus Doczi* hue spectat, Iaurinensis primum, et dum Mat-
thias rerum in Austria potiretur Viennensis, Agriensis post Epi-
scopus atque Quæstor regni perpetuus a): *Nicolaus de Bathor*
Episcopus Vaciensis b) *Dionyius Szetsi* Archiepiscopus Strigo-
nienfis,

i) Elegantem praefixit Cl. Conradius, editioni huic *de Iani Paononij Vita et scriptis* praefationem, ex qua me multa didicisse vitam eius concer-
tia, profiteri iuvat.

a) Inter alios scriptores Bonfinius *Rerum Hung.* Dec. I. Lib. I. p. 4. de vi-
to hoc inquit: *profusa liberalitate et amore fuit in studiosos non medio-
cru — Nobilia poscebat et fovebat ingenia, in litterario ludo multos ale-
bat.* — Vide plura apud Galeotum l. c. Cap. XXXII. apud Bongar-
dium pag. 389.

b) Munificentiam eius & liberalitatem in eruditos laudat Galeotos l. c.
Cap.



nensis c), Michael Ország de Gúth d), Michael Szildgyi de Höögseg, Hungariae initio Regni Matthiae Gubernator e, Ladislauj Gerebus f) Regi ab epistolis, Thomas et Franciscus Erdödii g), Petrus Győrös h), Stephanus Fodor, Ioannes et Stanislaus Thurzones i), Vratislauiensium ille, hic Olomucensium, Episcopi;

Cap. XXXI. Epochæ scholæ Vacensiæ, de qua inferius, ad tempora eruditæ huius præfusilis referenda videtur. De doctrina eius inferius pariter. Adde Bonfinium l. c. p. 5.

- c) De quo Bonfinius l. c. passim, Nic. Schmigh in Archiepiscopis Strigon. Tom. I. p. 263. cet.
- d) Fuerat is Palatinus Regni Hungariae abdicato Ladislao Gara sub Matthia constitutus. Error irrepsit, cum in Differ. de Verbucco p. 23. afferito I. dicerem Anno id 1452. euenisse; siquidem Matthias rerum nondum erat potitus.
- e) Videantur scriptores Hungarici passim; in compendio vero Czüttingeri Specimen Hung. Litter. Francf. 1711.
- f) Vid. Chronicæ Budensis Praefatio.
- g) De eis Bonfinius l. c. Dec. I. Lib. I. p. 25.
- h) Philippus Beroldus in Epistola Nuncupatoria Apuleii Metamorphoseos et Virgilii operum ad Petrum.
- i) Propagatus est hic eruditionis et eruditorum, Gentil Thurzoniana proprius, in posteros amor. Alexius certe, Franciscus, Christophorus, Emericus, qui Academiam Vittebergensem seculi XVII. initio, qua Rector magnificissimus moderabatur et ornabat; atque in primis pater eius Georgius, et Stanislaus, Thurzones, postremi hi duo Regni Hungariae Palatini, immortaliter sum de litteris, ut nihil de religione, quam fuerunt liberalissime Euangelica dicam, meriti. Longum foret et a scopo præfentis alienum, gymnasia, typographias, fundationesque alias scientiis præmouendis destinatas, liberalitatis Thurzonianaæ testes enumerare. Hæc tamen tacere pietas, et dulcis tantorum Maecenatum recordatio non permisit. Neque infelicitere, in laudabilis hoc litteras præmouendi studio, hos, vel sec. XVI. antecelerunt, vel XVII. sunt secutæ Optimatum, nobiliumque Familiae illustres, Migochiana, Bansiana, Homonaiana, Bathoriana, Rakotziana, Iakuſthiana, Reuataana, Illyésháziana, Nádasdiana, Lishiana, Chorvat Stanisiana ac innumerae aliae. Ut itaque ex aſſe verum sit, quod M. Zacharias Theobaldus Schlaccauoldensis Boemus dixit in libro: Züſtenkrieg Noribergæ an. 1621. excuso, vbi inter cetera Part. III. p. 151. poſquam in laudem Matthiae de Hunyad, meritaque eius in litteras multa perorasset, ait: Von seiner (Matthiae) Zeit an, hat es divina ingenia, nicht allein in artibus, fons

scopi; qui et si paullo tardius floruerint, quia tamen et aetas eorum ad epocham pertinet Matthiae, et gente Hungari, atque in provinciis Hungarici iuris episcopatus administrarunt; hue iam referendi videntur. Neque vero liber de meritis eorum in litteras, litteratosque dicere. Praestiterunt id iam sua, nostraque aetate viri celeberrimi propemodum innumeri, inter quos Erasmus Roterdamus, Philippus Melanchton, Vrsinus Velius, in diuersis Operibus, ceteri.


§. V.

Nec praetereunda est, quae primo erat nominanda loco BEA TRIX Aragonia, Regis Matthiae coniunx serenissima: quae quantam doctrinam cum amore in eruditos coniunxerit, non satis praedicare possunt scriptores. Vnum exempli loco afferam; vt vel inde aestimare discamus, quantanam cum contentione Regem optimum coniugem aemulata, laborantibus in Hungaria missis subuenire cupuerit. Est vero ille Bonfinius, qui in *Sympoſio Trimero*, seu *Dialogis de Virginitate, et Pudicitia Coniugali* pag. 12. *Introduxit inquit liberales artes, (in Hungariam) quarum foecundissima videris esse officina. Danubium barbara verba redolentem Latine loqui coegisti. Panmoniam, Mesiam, Bohemiam, veteremque Daciam Scythitis moribus, sordibusque purgasti, et nunc cum inuitissimo Viro tuo reddidisti talem, ut cum latinissima Italia comparari posset. Unicum tu liberalium artium praedium et tutela — Neque tamen stricte haec adeo sumenda sunt,*

quae

bern in allen Facultäten unter den Ungarn gegeben; und ich habe mich verwundert, wie sie, media inter proelia, solche Leute haben ersieben können. Über als ich einesmals einen Ungarn darum fragte, antwortete er: *Natura, parvorum benignitas, & exterorum locorum lustratio hoc faciunt. Denn es ist wahr, die Natur ist gut, die ungarischen Herren wenden viel, auf ihre Studenten; so seyn sie in ihrer Wanderschaft, gar sehr fleißig, sparen bey gelehrtten Leuten kein Geld, auf daß sie nur was lernen können. Huc usque ille. Et sane continuat hicce ad nostra usque tempora, Hungariae Optimatum et Nobilium in bonas litteras amor: quorum plurima darem exempla; nisi cupidus, et modestiae eorum vim inferre possem videri.*

E



quae Bonfinius de illatione litterarum in Hungariam iactat, et Beatricem vnicum earum facit praesidium; cum non historicum, sed panegyristam agere hic loci constituerit. Non equideum negauerian, multum (quod labens et ex vero laudibus eius concedo) eam praestitisse litteris. Eruditos certe complures secum ex Italia deduxerat; alios vero euocandi, Regi Coniugi auctor fuerat; in Hungaria autem, qua exemplo, qua ope eosdem ad studia excitauerat, nec non mutationem insignem in cultu externo conciliauerat: at, eam introduxisse artes liberales, earum vnicum praesidium fuisse, et Danubium barbara verba iudice Bonfinio redolentem latine loqui coegisse, quis, nisi historiae aevi huius litterariae ignarissimus credit? Multis certe annis, antequam Beatrix in Hungariam (quod an. 1476. factum est) appulit, Matthias cum suis Hungaribus inducere eas cooperat. Academiam iam Budensem an. 1464, ad quod tempus, bibliothecae quoque exordium probabiliter referuntur, instituit. Hunc secutus Vitézius simile Mularum domicilium an. 1467. Posonii extruxit, et, vt de aliis taceam, litteras graecas et latinas, cum disciplinis philosophicis, cum Iano Pannonio induxit. Sed ita placuit laudare volenti Bonfinio: quem alii etiam, his de rebus scribentes perperam sequuntur, et quicquid frugi in litteris hoc aeuo apud Hungaros praestitum est, Beatrici in solidum tribuunt. Id tandem verum, Beatricem et eruditam, et eruditorum amantissimam fuisse Principem. Mortuo Mattheia Rege, postquam nuptias Vladislai II. frustra ambivisset, in Italiam rediit, ibi que seculi XVI. initio vitam cum morte commutauit a).

SECTIO

a) Doctrinam eius fuisse, reliquaque virtutes iubet in *Symposio Trimero* Bonfinius legere: Qualis inquietus, ista fuerit, quicunque noscere studet, librum, quem de virginitate et matrimoniali pudicitate edidimus, perlegat: totam ibi intus et in cuto noscer. Addatur Histor. eius Hungar. Dec. IV. p. 582. Philippus Bergomensis de *Claris Mulieribus Feriae* an. 1497. in fol. in Dedicat. ad Beatricem. Naldi Naldi in Biblioth. Budensis Laudibus in Belii Notitia Hung. Tom. III, pag. 596. et 606. Vbi inter alia:

Nouerit illa, nouem, vt quicquid docuere Camenae,
Scriptores priscos; quodue inspirauit Apollo.

Mentiibus illorum; satis haec agnoscit, et illud,
Quod monuere viri, de Christo digna loquuti. cet.

Neque



SECTIO II.

De Viris Eruditis.

§. VI.

Propositus iam iubet Ordo, eruditos periodi huius regensere viros, quorum ingentem fuisse copiam, vnanimes tradunt scriptores. Imo quidam affirmare non dubitant, nullam in Europa regionem Viris doctrina praestantibus instructiorem Hungaria fuisse a). Maxima, inquit Galeotus b) multitudine ex toto fere orbe, ad Regem Matthiam confluxerat; alii vocati, alii sponte Regiam frequentabant. Et iterum: *Viros quaque arte praestantissimos undique conquisuit, conduxitque.* Vnde apud eum, Theologi, Philosophi, Medici, Mathematici, Astronomi, Iurisconsulti, Poetae, Rhetores et Grammatici frequentes erant, quos omnes mirifice coluit, dilexitque, ne Magos quidem et Nigromantes abominatus, nullam artem contempsit unquam. Quae quidem esti ita sint: nescio tamen quo fato euenerit; ut paucissimorum, ad nostram peruenient aetatem, nomina. Qui, labore molesto eruи poterant, ex Ordine Theologico sequentes sunt. *Ioannes Dominici c);*

E 2

Petrus

Neque vero sola est Beatrix, cuius doctrina et favore in litteras superbiant Hungari. Ante eam, hanc sibi laudem vendicarunt merito Maria I. Regina Hungariae et Hedwiga fundatrix Academiae Cracoviensis munificentissima. Vide Adriani Regenholscii *Systema Hist. Chronol. Ecclesiae Slatonicae per Provincias varias Traiecti ad Rhenum 1652.* in 4. pag. 23. Post eam vero Susanna Lorandfi Georgii II. Rakoczii Trautulaniae Principis Coniuncti: de qua mirabilia narrat, si modo vera, Laborator in Descriptione Itineris ex Gallia in Poloniam Mariæ Gonzagæ Vladislai IV. Coniugis. Parisis. Parte III. pag. 56 seqq. Imo vero neque actas nostra caret timilibus Aspasias; de quibus tamen nihil potius, quam non pro dignitate dicere iuvat.

- a) Comes Petrus de Reus in *Monarchia Hung. Centuria V. Collect. Schuandnerianae* Tom. I. pag. 657. Conf. Iac. a Mellen *Seriem Reg. Hung. ex numbris ex edit.* Cl. Burchhardti Brigae an. 1751. pag. 92.
- 1) Loco citato Cap. X. pag. 370. apud Bongarsium; et Bonfinius *Rerum Hungar. edit.* Vechel. p. 631. Lib. VII. Dec. IV.
- c) Archiepiscopus fuit Ragulanus: qui quidem paullo maturius actate Mattheiae Regis vixit. Scriptis *Commentariorum in Matthaeum et Epiphoniam ad*



Petrus Niger seu Schwarz, natione Germanus, professione Ordinis Praedicatorum socius, ad regendam Academiam Budensem Herbipoli euocatus, Vir pro temporis conditione, in Hebraicis, Theologicis et Philosophicis exercitatisimus d): *Martinus Polonus*, in Vniuersitate laudata Theologiae Professor e): *Ioannes Gattus*, sicutus in Gymnasio Strigonensi Doctor f): *Aurelius Brandolinus* g), *Michael*

ad Romanos. In Libro, quem *Lucenlam noctis* inscripsit, interposito iuramento affirmat, se in nulla scientia praecessorem habuisse. Vid. Czuittingeri Specim. Hung. Litt. pag. 120.

- d) Iacobus Quetiff in *Scriptoribus Ordini. Praedicatorum Lutetiae Parisorum* au. 1719, in folio excusis Tom. I. pag. 861. sequens ei elogium tribuit: „Fuit ille certe, omni ferme genere disciplinarum instruissimus, „non philosophiae tantum, aut theologie peritia, singularis habebatur, sed dicendi gratia et facundia, linguarumque cognitione rarus, „Varias lustrauit Academias, Montispessulanam, Salmanticensem, „Friburgensem, Ingolstadiensem. Hebraeam linguam sibi in Hispania cum parvulis Iudeorum et rabinos audire comparauit.“ Scripsit, qui ad classem hanc spectat, *Traictatum contra perfidos Iudeos, de Conditionibus veri Messiae, ex textibus Hebraicis, ad Episcopam Ratisbonensem*. Editus est Noribergae an. 1477. latine; paulo post Germanice versus. Vide de libro hoc rarissimo *Iob. Christoph. Volffii Bibliot. Hebraeam* Tom. II. pag. 110 seq. et IV. p. 527. Extat et alter huius Auctoris liber *Stella Messiae* insignitus, an tamen sit cum priori idem, vel ab eo diuersus, negat se laudatus Volffius Tom. IV. p. 527. et seqq. scire.
- e) Cl. Kaprinai Hungariae Diplomat. Tom. I. p. 78. litt. oo.
- f) Laudatus Quetiff l. c. Tom. I. p. 867. sequens ei testimonium perhibet: „Joannes Gattus, vel vt alii scribunt Gaetus, optimis a puero moribus amienioribusque litteris diligenter exultus ingenii feracitate et eruditione plurimum emicuit. Linguarum erat Hebraicæ, Graecæ, Latinæque peritissimus, dicendique copia et venustate pollebat. Nec philosophus modo, theologusque fuit aeno suo clarissimus; sed et in astronomia, ceterisque mathematicis scientiis versatus, iure etiam Canonicæ et Caesareo perquam instruens, felicis adeo tenacisque memoriae, vt, quas semel iterumque legerat, nunquam obliuisceretur, et expeditissime recitaret.“ Plura habent Maurolycus in Hist. Siciliae Lib. V. p. 168, Fazellus Hist. Sicil. Dec. I. Lib. II. Cap. 2. Gaetus est post redditum in patriam Episcopus Cephalensis postea Cataniensis.
- g) Erat patria Florentinus, Thologus, Orator, Poeta, Musicus et in aliis scientiis egregie versatus. Euocatus in Hungariam, Strigonii et Budæ

chael de Hungaria ex Ordine Fratrum Minorum, de obseruantia Artium et S. Theologiae Doctor h). *Pelbartus Temesuarius eiusdem ordinis socius ex Conuento Pesthensi i) Nicolaus de Mirabilibus k) Georgius Praepositus Posoniensis*, et quos superius inter Miecenates retuli, *Ioannes Vitezzius, Iancus Pannionius, Urbanus Doczi, Ladislaus Gerebus, Nicolaus Bathori Thomas Erdödi, cet.*

§. VII.

Cira Iuris aetatis huius *Consultos* sequentia veniunt observanda. Ad aetatem Matthiae non minus, quam anteriora spectare videtur tempora: quae Ludouicus Viues, *Libro VII. de Causis corruptarum Artium* inquit: *In Pannonia, quemadmodum accepi, vinebant olim sine iuris interpretibus, non tamen sine iure. Nam simpliciter et bona fide, ex antiquis moribus, et paucis quibusdam legibus res iudicabant, imo dissensiones suorum ciuium facile componebant et quemadmodum de Seruo Sulpitio dicit Cicero, tollere controuersias malebant, quam constituerere. Verum enim vero sub Matthias primo obtutu, mutari omnia visa sunt: hic enim omnigenarum disciplinarum amantissimus, reiecto paululum sim-*

E 3

plici

dae eloquentiam docuit. Redux in Patriam Augustini Ordinem ingressus, an. 1498. mortuus est. Inter scripta eius sunt: *Commentarii in omnes D. Pauli Epistolas, Opusculum de Passione Domini, Notum et Verus Testamentum heroicis carminibus ligatum, Paradoxa Christiana, atque Dialogus de humanae vitae conditione et tollenda corporis aegritudine ad Matthiam Corinthum cer. Vid. Theatro d'Homini Letterati dal l'Abbate Girolamo Ghilini Volume II. In Vicetie 2647. pag. 32.*

- h) Scriptis Sermones prædicabiles per totum annum impr. Argeuinæ 1490.
- i) Videatur de hoc, *Res Litteraria Hungarica Avonizmi Cassanæ 1735.* impr. in 12. p. 37. Auctor est, inter alia, Operum sub rubrica: *Sermones de sanctis perutiles, Biga salutis iurislati Hagenoæ 1497. Orationes festinales, Gemma salutis initiatum, tractans de SS. Orthodoxa fide catholica. Hagenoæ 1507.*
- k) Erat patrius Claudiopolitanus ex Transilvania. Scriptis Tractatum de Prædictatione, aliud vero de Vera Felicitate, teste Ferario, in *Commentariis de Ribus Ord. Prædicatorum Hungarice Provinciae* p. 456. Coll. Czaittinger. in *Spec. Hung. Litt.* p. 254.



plici Iurisprudentiae patriae habitu, neque Iure, Iurisque Consul-
tis Romanis Regnum carere voluit. Dedit ei occasionem marri-
nium cum Beatrice, in cuius comitatu, celebres aliquot Icti Hun-
gariam sunt ingressi. Hi, cum saepius Rege praefcente honorificam
legum Iustiniani mentionem fecissent, praedicassemusque, quam
profunda sapientiae mysteria iis reperiissent: persuaserunt ei, ut
exercitium illarum in suas prouincias reciperet. Re constituta vo-
cati sunt ex Italia eruditissimi in his scientiis Doctores et Professores,
quibus non scholae tantum, sed et fora concredita. Cooperunt
illi, pergit Viues, loco laudato a) formulas praescribere, quibus
effet petendum, quibus respondendum, atque excipiendum: dies
legitimos notare; iudici quoque aliquid assignare, quod diceret,
ne muta effet persona. Breui tempore, ubi nullae prius erant lites,
omnia viduisse feruere litibus, controuersis, petitionibus, repetitio-
nibus exceptionibus, -comperendinationibus, procrastinationi-
bus. Erat prorsus fabula, nisi quod damnosissima, cetera festi-
va imprimis et ad ritum mouendum apta, hominibus utique otiosis,
et quibus nihil effet controuersiae. Quod malum tantum, et tam
subitum, quodque late inuasisset plurimos, quum animaduertissent
homines prudentiores, ad Regem res est delata, quiea cognita, Iu-
reconsultos illos, continuo regni finibus iussit excedere, et omnia in
pristinum morem reuocari. Sedata est statim tempesta illa, tan-
quam se venti posuissent. Haec itaque fuere fata Iuris Romani sub
Matthia, in Hungaria. Fuere nihilominus in ea, qui in Canoni-
co et Hungarico, suam exercere operam. Inter hos retuleris
Casparum Bach Decretorum Doctorem b), Dionysium de Széch,
quo, teste Aenea Sylvio, nemo aetate eius fuit Iureconsultior c)
Tho-

a) Editionis Lugduno Batavae anni 1636. p. 377. Eadem habent Hoto-
manus in *Aurivribouano* Cap. XVII. p. 190. 191. Conringius de Ori-
gine Iuris Germ. Cap. 32. Cf. Ioan. Andr. Lochneri Faciem Iuris Pu-
blici Hungariae, cum notis Ioannis Iony edit. an. 1756. pag. 62. litt. c).

b) Vide Péterissii Concilior. Hungar. Tom. I. p. 198.


c) Atque alio loco laudatus Sylvius Operum suorum Basileae 1571.
pag. 392. inquit: *Scientiam iuris plurimi professi sunt, inter quos*
Dionysius excelluit, genere Canysia (Széchta dicere voluit) eruditus.
Fuit

*Ioannem Ország d) Nicoláum Barium e) Donatum Aretinum f)
Thomam de Ibasfalua g) Thomam de Nyirkaló h) Stephanum Var-
dai i) et paullo post, Stephanum de Verböcz k) et Beruhardum
Bukfai l).*

Fuit is, ut superius dictum, Archiepiscopus Strigoniensis natus an. 1400.
patre Nicolao Dalmatiae Bano, tum Judice Curiae, dein Prorete
Hungariae, litteras Viennae circa an. 1426. (vti Timon ex Mfo.
quodam veteri docuit) leges vero Pataui didicit. Multa viri apud
IV. Reges, quos rara felicitate coronauit, auctoritas. Insignis fuisse
eloquentiae prodit Oratio, quam Calimachus apud Cel. Schuandner-
rum Tom. II. recitat. Plura vide de eo laud. Schmitt. in *Archiepisco-
pis Strigon.* Tom. I. p. 251. seqq. an. 1465. Strigoni mortuus, ibique
sepultus. Epitaphium eius, quod Nicol. Schmitt l. c. p. 263. citat,
reperitur in bibliotheca Capituli Pofoniensis sequens:

Me Széchia Domus genuit, mox Padna leges
Edocuit, pietas semper amata mihi.
Strigonium mitram, rutilum pia Roma galerum,
Primatis titulum Patria chara dedit.
Magnanimi sacro, cixxi Diademate Regis
Tempora Mathiae Principis ipse mei.
Exegi senior pulchram sine criminе vitam:
Nunc Dionysius hoc sum situs in tumulo.

- d) Cel. Belius in *Notitia Geographicó Histor. Hung.* Tom II. pag. 120.
- e) In *Collectione Script. Hung.* Cel. Schuandneri Tom. II. p. 120.
- f) Apud Philippum Bergomensem de *Claris Mulieribus in Prólogo.* Vbi
eum sequenti ornat elogio: *Donarus Aretinus Sacerdos, Ecclesiae Sri-
goniensis Vicarius iuris ponitissi, sed et singulari eruditissime, doctrina et
eloquentia nemini docto nostre eratis cedit.*
- g) Judice Schmitt in *Archiepiscopis Strigon.* Tom. II. p. 14. Ecclesias-
ticarum et Patriarum legum peritissimus.
- h) Erat is Mathiae Regi ad Epistolis, in Iure Hungarico versatissimus.
Polidere Spec̄t. D. SAMVELEM SZE'KELY de Doba Codicem
Mfo. ab eo profectum monasticis litteris exaratum, quem is *Stylum
Caucellariae inscripsit, testatur Cl. KAPRINAI* in Hung. Diplomat.
pag. 54. Quid tamen laudatus liber contineat, cognoscere nondum
licuit.
- i) Vid. *Auctor Purpurae Pannonicæ in vita eiusdem.*
- k) Fuit is, (vti ab amico postquam opusculum mox laudandum iam
prodierat, edoctus sum) patria Transiluanus Kékelöensis Post reli-
quos



§. VIII.

De Medicis iam foret agendum: nisi iniquitas temporum eorum nos orbaffet historia. Improba certe inuestigatione non obstante,

quos honores Personalis Praefentiae Regiae (vt Stilo Curiae Hungaricae loquar) in Iudicis Locumentens: de quo, qui plura scire desiderat, *Commentationem de Vita et rebus ab eo gessis anno superiori Lipsiae typis Langenbeimianis excusam adeat. Errore memoriae factum est, vt. l. c. p. 7. Not. 2. ex Epistola ad Verböczium Iudicis cuiusdam in Hist. Natur. Plinii nuncupatoria, olim a me lecta, eum Vindobonae, studiis operam circa an. 1500. dedisse, dixerim. Falso tamen. Inspecta eadem epistola cognoui, dedicatum eundem Indicem Verböczio, non Viennae studenti, sed iam in Patria magna munera gerenti an. 1518. neque a Ioan. Stabero, sed Camerlio in Academia Vienensi Doctore. Magnae et multiformis fuisse eruditio virum, et Opus eius *Iuris Hungarie Confuerudinarii Tripartitum* docet, et Virorum coaevorum iudicia. Non piget saltim viuum testimoniorum loco afferre, Ioannis Camersii Academiae Viennensis actae sua ornamenti, qui in Epist. nuncupatoria, *Solui Polyhistoris Viennae typis Syngrenianis an. 1520.* excusi praesixa, et VI. Calendas Februario data ait ad Verböczium: „Similibus te quoque lectionibus litterarum humiorum, Istorum, Historiorum, quorum exempla Iunum Pannonicum, Ioannem et Stanislauum Thurzones populares produxit) oblectatum, fidem faciunt inter cetera, tot ad me variis temporibus scriptae litterae, quibus animi tui integritas, ingenii solertia, sermonis comitas, rerum multifariam experientia, dicendi concinna facilitas, a quovis politioribus litteris bene instituto, vel primo aspetto deprehenditur. Pannonicas insuper Institutiones, a te nuper (vnde patet *Tripartitum* eius si non prius, saltem an. 1519. lucem aperte publicam) doce et eleganter editae, legisse te diligenter nobiles auctiores, id est Iurisperitos primarios, ac optimos historiarum scriptores, efficax perhibent testimonium. Quam bene studiois consultum foret, si id tempus, quod rebus ad regnum maximine pertinentibus assidue a te impenditur, in reuoluendis bonis autoribus, ac scribendis libris contribuere licuisset. Et iterum libro eodem pag. 163. Inter Pannonios non paucos repertas, qui bonis disciplinis omnem operam collificant. Mitto alios huius professionis complures, est inter Pannonicam Nobilitatem Verbeutius, Vir, si humanitatem quaeras, humanissimus, si ingenium expostules ingeniosissimus, si studiosorum amatorem exquiras, is huius genu hominum aniantissimus, si in rebus agendis consultorem expertas, Stephanus se offert consultissimus. Id fatebuntur profecto omnes, qui eius Pannonicas Institutiones, nuper ab*

stante, tribus plures erudere non potui. Sunt vero priores illi, *Christophorus. Gallus* patria Brixiensis, atque *Bartholomaeus Monta-*

ab eo editos introspicerint. Sed condignas amici laudes, locis opportunitioribus reseruamus. Scriptis (vti dictum) *Opus Tripartitum Iuris Consuetudinarii Regni Hungariae* ex diuersis fontibus compilatum, de quo, praeter allegatos in *Commentatione supra laudata vide Taboris Collationem Iuris Hungarici et Romani*, Szegedii *Tyrcinum Iuris Hungarici*, et in primis *Illustris Consiliarii D. ADAMI FRANCISCI KOLLARII de Originibus et usu perpetuo Potestatis Legislatoriae circa Sacra Apostol. Regum Hung. Libellam*, in quo defectus etiam, quodam Operis huius pag. 15. 20. obseruat. Ceterum plerique omnes, qui de Verböczi memoriae prodiderunt, eum, tanquam hominem contentiosum, et tota vita factiones fountem depingunt. Injuriam tamen viro ita fieri, certum est. Bonum eum Ciuem et patriae, ad an. vsque 1525., quo schisma in republ. feruore suo excitauit, vtiliter fuisse, cum res ab eo gestae, tum litterae ad eum Principum diuersorum datae edocent. Simplices in praefens compendii causa, innocentiae Verböcianae et pietatis in patriam omni maiores exceptio ne testes producam. Sunt vero illae, Clementis VII. Pontificis Romani, qui Verböcium ope Legati sui intus et in corte noſſe poterat et nouit. Ita vero ille anno 1524. d. 20. Febr. anno fere ante tumultum, scribit ad eum: „Dilecto Filio Stephano Verböczi Locum tenenti personalis praefentia Regi Hungariae. Dilecte fili, salutem et apostolicam benedictionem. Dilectus filius Antonius Pulleo Baro Burgii, quem Nuntium isthuc nostrum remittimus, cuique ob prudentiam, fidem et soleritatem eius, hoc munus recte mandari iudicauimus, plene nos doceuit de tua prudentissima mente ac pia voluntate in isto regno, cuius cura nobis praecepua est, salubriter ad ministrandum et fortiter defendendo; in quo etsi tuum officium facis, ubique inclito Regi, a quo magna es consecutus, et maiora sperare potes, operam et obsequium praefistas, tamen scire te volumus eorum, quae pie fecisti, et facies in eiusdem regni commodis et dicti Regis honore procurandis, nos gaudium capere; atque ob id tibi ac certevis, qui in idem admittuntur, paternae nostrae dilectionis debitores esse. Quare te, quem in minoribus constituti dileximus, et deinceps sumus uberiori cum Domino dilecturi, de praeterita tua probitate in eodem Domino commendantes hortamus de cetero similiter agas, ac nostrum ac dilecti Regis, imo Dei omnipotentis, cuius fiduci causa agitur, amorem ampliorem prouoces, sicut alias ad te scripsimus ac etiam de his latius eundem Nuncium nostrum tecum colloqui insimus, cui fidem adhibebis.” Protraxit litteras has P.

F

Nicol.



Montagna, quoru[m] Ianus' Pannonius seruauit nobis memoriam.
Illi morte in Hungaria extinto, sequens posuit epitaphium a):

Nomine Christophorus fuerat, cognomine Gallus,
Cuius in hoc tumulo, condita membra iacent,
Hec quantum distat natali a fede sepulchrum!
Pannonia extinxit, Brixia progenuit.
Saepe colos medica fatales arte morantem,
Tres indignatae, praecipue Deae.

Hunc autem eiusque felicissimam medendi peritiam, post fata scite
cecinit b):

Qui fueras medicae docto[r] celeberrimus artis,
Hoc situs in tumulo Bartholomee iaces.
Credo te Stygias mundo inuidisse forores,
Miratas raro[s], Tartara ad ima trahi.
Quippe incredibiles poteras depellere morbos,
Et vitae exanimes reddere pene viros.
At licet extinctus sis corpore, nomine viuis:
Nam longe Ausonio clarus in orbe viges.

Postre-

Nicol. Schmitt in *Episcops Agrien[s]ibus Tyrnaniae an. superiore imprellis Tom. II. pag. 250.* De mortis eius violentiae genere, quod quidam asserunt verum est. Ioan. Michael Brutus *Sele[ct]arum Ep[ist]olarum Craconiae typis Andr. Petricouii an. 1582.* in gvo. p. 28, in epistola ad Stephanum Bathor Regem Poloniae, in qua rationem reddit, quantum iam in Historia auspiciis eius scribenda praeftiterit, et quibus fontibus praecepue haferit, cum de expeditione Solimanni in Hungariam egisset, haec habet: *Verboeczius dum execratur barbari perfidiam et suam canitatem patriae funestam, iussus Budae Vngarii ius dicere, et breui postea lento veneno sublatu[s]. Quae omnia ex Thomas Listerati Ephemeride (erum, vt paullo superius dixit per ea tempora gestarum) scriptissimus.*

b) Scriptit *Commentarium in Verboeczi Opus Tripartitum Iuris Hung.* vid. Czuittingeri Spec. Hung. Litt. pag. 28.

a) In *Opusculis suis Poeticis*. edit. Budeafis an. 1754. pag. 251.
b) Loco cit. p. 307.

Postremus est *Iulius Aemilius* Regis Matthiae protomedicus, genere non minus, quam doctrina praestantissimus c).

§. IX.

Tanto vero maior, feliciorque fuit, Mathematicorum, Philosophorum, Historicorum, Grammaticorum et Rhetorum, Poetarumque seges. Eos itaque ordine percensebo. Principem horum pono *Ioannem Vitézium*, cuius quanta fuerit mathematum non minus, quam litterarum humaniorum doctrina superius docui. Sequantur hunc *Ioannes Müller de Regio Monte* a), oppido Franconiae oriundus, *Martinus Polonus* b), *Antonius Torquatus* c),

F 2

Petrus

c) Vide laudes eius apud Bonfinium Histor. Hung. Dec. IV. Lib. VIII. pag. 647.

a) Vnde Regionontanus etiam vocatur. Natus est an. 1436. Studia Lipsiae praecipue excoluit et Viennae. Peragrata Italia Vindobonae paulisper docuit, euocatus mox a Joanne Vitézio Strigonensi Archiepiscopo, in Academia Istropolitanā disciplinas quadriviales (ut infra patebit) professus est. Hinc ad aulam Regis transisse videtur. Vir fuit aetate sua scientiarum Mathematicarum peritissimus, et proinde Regi Matthiae atque Vitézio, quibus instrumenta mathematica fabricauit plurima, in summis habitibus deliciis. Cum in Regia versaretur, pene assidue ad mensam Regi iussus est. Praeter insignia ab Archiepiscopo praemia, annuam a Rego pensionem ducentorum Aurorum Hungaricorum aliaque dona accipiebat. Vnius libelli, *Ephemeridum* puta, *quas Almanach vocant vulgo* ad annos XXXII. ab anno nempe 1475. ad an. 1506 constructarum dedicatio 800 Aureos nummos a Matthia praemium Auctori retulit. Ipsum vero Opuseulum tantum planum meruit, ut exemplum singulum duodecim veniret aureis. Vide Melchioris Adamii *Vitas Philosophorum Germanorum* et Petro Gassendo auctore *Vitam Ioannis Regionontani* eleganter et fusa descripatam Operum eius Tom. V. Lugduni an. 1658. pag. 530.

b) Is ille est, qui Theologiam Budae docuisse dicitur. Mathefeos vero, in primis Astronomiae imperitum non fuisse ex eo, quod Ludov. Tubero in *Commentariis de Temporibus suis* apud Cl. Schuandnerum Tom. II. pag. 114. refert, appetat.

c) Vid. Sigleri Chronologiam rerum Hung. in Belii Apparatu ad Histor. Hung. Decad. I. Monum. II. pag. 63.



Petrus Niger d), Antonius Bonfinius e), Aurelius Brandolinus

a

- d) Praeter theologica, supra enumerata, scripsit ad philosophicam classem pertinenter, *Clypeum Thomistarum aduersus omnes Doctrinae Doctoris Angelici obsecrations Matthiae Regi nuncupatum*, excusum Venetis an. 1481, atque repetitum an. 1504.
- e) Qui fusus de vita, patria, et monumentis Bonfinii edoceri cupit, Historiae eius Hung. Decadem IV. adeat, vbi haec prolixie memorat. Addantur, Sambuci et Bremneri Praefationes laudato Operi praeuiae; tuiflissime vero de eo agit David Czuittinger in Specimine Hung. Litter. sub Voce, *Bonfinius* pag. 80. et seqq. Dan. Guilhelm. Mollerii *Differar. de Antonio Bonfinio Altorfii 1698.* Pleraque huc redeunt. Natus est circa XXX, seculi XV. annum. Afculi vrbe in agro Piceno Italiae. De parentibus suis, praceptoribus, studiisque puerilibus, nec ipse, quantum quidem sciam, nec alii prodidere. Linguarum Graecas et Latinas, Philosophias, Historiaeque fuit peritissimus. In Hungariam, fama Matthiae excitus anno 1487. adpulit, ab eoque, quo continuus Beatricis comes ei legeret, librosque scribebat amplissimo est conductus salario. Nullum est dubium superuixisse eum Matthiae; quanquam quo tandem anno aut loco extinctus ignoretur. Circa annum tamem 1495. ad quem Historiam Hungariae, quam mandato Regis texere occuperat, perduxit, factum id esse pronum est colligere. Opera eius vide locis citatis. Praecipua sunt: *Hermogenis Rhetorica cum Antonii Progymnasmatisbus larinitate donata ad Martinianum Regem*, Lugduni excusa 1538. *Herodiani Historiarum Libri VIII. Symposium Trimeron sine Virginitate et pudicitia Coniugali Dialogi III. ad Beatricem Reginam e bibliotheca Sambuci excusa Basileae 1572.* repetita Francofurti 1621. Argumentum libelli elegantissimi et eruditissimi multiformi referentissimi sequens est: Coniuivium regale trium dierum Budae cum vniuersa satraparum turba conuentus est Bonfinius. Primo itaque cum Franciscus Aragonius Beatricis Reginae frater ad recreandum Regis et Reginae animum Galeotti petulantiam irritasset ad sales, post iocos et ridicula, Regina questionem arduan in medium protulit: *Virginitas, an pudicitia coniugalis vtra praeflantur?* Continuo Galeottus affurgit, cui Epicuri personam dedit Auctor, homine ut ait, non indignam, negans has esse virtutes, item affuerans omnibus licere vt voluptatibus. In suam sententiam, cum multa sat argute dixisset, Ladislaus Gerebus Episcopus Transtilianus hortatus Regiae in eum infurgit, proteri hominem, et quam vencieae sunt hominis voluptates immodeiae, composite et copiose differit. Denum concludit Virginitatem et pudicitiam esse virtutes. Atque ita coniuiae dimittuntur prius moniti, vt insequenti disceptatione has duas ceterarum virtutum praefrantissimas esse confirmarent. Die altera coniuivium

a lippientibus oculis Lippus vocatus, *Ioannes Thuroczius* f) *Galeotus Martius Narniensis* de quo inferius agetur, *Ioannes de Zredna* g),
Paulus

vium instauratur: superuenit ex Italia *Ioannes Cardinalis Aragonius* alter frater *Reginae*, e quo multa de Italia a rege et regina petuntur. Cognitis rebus Italis, ad disputationem descenditur, in quam *Franciscus* frater cum *Cardinale* committitur, qui de *praefstantia virginitatis et pudicitiae accerrime* disputatione et de omni fere virtutum genere differuerunt. Tertio autem die, quia coniuua iussi excoitaro, vtra *praefstantior*, cum in Regiam omnes conuenissent, quando superiore disputatione doctorum ingenia examinata fuerant, a coniuis continuo curatis corporibus supplicatum est, vt utraque *Majestas* extremam Quaestionis difficultatem discuteret et absolucret. Ea tandem in certamen exorata, Rex pudicitiam conjugalem, *Regina* virginitatem exquisitus argumentis defendit. Demum post prolixam contentionem, *Beatrix* commissa sibi a Rege sententia, Quaestionem ita definit, vt suo a Regis honori et veritati denique satisficerit. Quare maximus a coniuis plausus in honorem viriisque editus est, multaque missilia pro hilaritate, munificentia regia sparsa. Ita haec Bonfinius l. c. p. 14. seq. Est sane opusculum, ad quod, vt ipse auctor ait, artes et scientiae liberales sponte adminicula et munuscula sua contulere, vnde non mediocris rerum cognitio a legentibus comparari potest. Sequentia porro sunt Bonfinii opera: *De Cornuianae Domus Origine ad eiusdem Regem*, atque praecipuum, *Rerum Hungaricorum Decades IV.* cum *Dimitria*, *Vladislao II.* Regi dicatos. Editiones earum frequenter sunt reperitae. Primum, ac saltim *Decadum III.* priorum a *Paullo Iluanio* secum communicatarum, procurauit *Martini Brennerus* per *Robertum Winter* an. 1543. et *Francisco de Reva Hungariae Locumtenenti* dedicauit. Hanc *Ioannes Sambucus* *Decade quarta* ex bibliotheca *Reuaiana*, atque *dimidia postrema*, opera *Francisci Forgati Episcopi Varadien*. ad se delata et propria ad Ferdinandum vsque primum appendice auxit et repetit *Baileae* apud *Oporinum* 1568. in fol. Recita haec demum *Francofurti* apud *Andream Wechelium* an. 1581. *Coloniae* 1690. *Vindobonae* an. 1744. atque in praefens sudat hic *Lipsiae* sub prelo adcuratissima et a mendis typographicis, quibus posteriores scatabant, immumeris repurgata, obstericante *Ilustri D. Consiliario BELIO* impensis *Krausii bibliopole Vienensis*. De Opere hoc Bonfinii diuersa sunt diuersorum iudicia, quae afferre, nihil iam attinet. Id verum est, si parem orationis copiae et stilo, in erudrandis rebus hungaricis ac explicandis, fidem adhibuisset, et diligentiam: pauci gentium aliarum scriptorum componi cum eo potuissent.

f) Fuit is *Iurisconsultus Hungariae*, pro aetatis suae ratione sic satis doctus, atque historiae in primis studiosissimus. Conscriptus itaque vel



potius ex diuersis Auctoriis compilauit Chronicon Hungariae, a primis Hunnorum primordiis, ad Mathiae vique Coruini aetatem prouiduum, idque in Partes V. diuisit. Primam et secundam, quarum illa, de Hunnorum generatione in genere, Hunnis Atlanis, corumque ingressu in Pannioniam et discensu; haec, de ingressu Hungarorum sub VII. Capitaneis (vt vocant) in eandem, Regibusque eorum ad Carolum I. agit, ex codice quodam manuscripto anonymo anno 1358. scripto, qui hodieum in palatina Viennensi Bibliotheca existit, simpliciter partim, partim interpolate defumisit. Qua de re Cel. Lambecius in *Diario Itineris Cellensis* p. 61. 62. 267. ita inquit, *Falso hacentur a quibusdam creditum est, Iohannem Thuroczium sive Turoensem, qui sub Rege Mattheo Coruno potissimum floruit, operis istius, quod sub titulo Chronicae Hungarorum edidit, partem primam et secundam, suo mare et suopre ingenuo conscriptisse. Contrarium enim demonstrat Augu-*
stissima Bibliotheca Caesarea Vindobonensis, viroto in qua etiamnum ad-
seratur antiqui cuimus Auctoris Codex membranaceus Msfr. in folio (foliorum septuaginta trium) inter Historicos Larious Msfr. qua-
dringentesimus quinquagesimus sextus, scriptus anno millesimo tercentesimo
quinquagesimo octavo et spectatu dignissimus, inauratis picturis exornatus, ex
quo Iohannes Thuroczensis omnia, que duabus illis partibus continuntur,
mutuatus est. Ita vero laudatus Codex orditur: Anno Domini
MCCCLVIII. feria tertia infra octanas Ascensionis eiusdem Domini in-
cepta est ista Croatica de Gestis Hungarorum antiquis et notissimis, ortu et
progressu, victoria corundem et andracia. Collecta ex diuersis Cronicis ve-
teribus. Eavundem veritatem adscribendo et falsitatem omnino refutando.
In Nominis Domini Amen. Vide de his Danielis de Nessel Scigra-
phiam, seu Primianni Delineationem et Breuem Notitiam Magni Corporis
Historici hactenus inediti cet. pag. 27. Matthiae Belii Praefationem erudi-
tam Tomo I. Scripp. Rerum Hung. ex edit. Cl. Schuandneri p. 12.
seq. §. 15. 16. Partis III. loco Chronicæ sui, infarct Thuroczius
Opus Ioannis de Kékkelló, quod res gestas Ludouici I. cognomento
Magni describit. Parte IV. quae Laurentius quidam de Monachis, de
necce Caroli Parui metro conluderat, is ea, oratione soluta. (vt ipse
faretur) diduxit. Quintam denique a Sigismundo Rege et Imperato-
re, ad Mathiae Coruini vique coronationem et captam ab eo Viennam
propria produxit in lustria. Editiones Operis huius, procuratae
sunt diuersae. Prima est Augustana anno 1483. (non, vt Czuittinger
in Specim. Hung. Litter. p. 392. per errorem anno 1482. sit)
typis Erhardi Radolti impensis vero Theodori Feger (Hungari di-
cunt Fejér) Conciuus Budensis excusa. Repetita est ea anno 1488.
Augustana iterum et Brunae, utraque haec, prima illa, rebus Mat-
thiae Coruini, a Conuentu Olomoucensi anno 1478, ad Captam vique
Viennam, id est an 1485. auctior. Typus utrobique Gothicus est.
Figure, quae regum partim icones, patim inficetas proeliorum hy-
potiposes

*Paulus de Iuanich h) Thaddaeus Vgolettus, Petrus Gyühös,
Thomas Erdödi, Ioannes Beckenchlagerus Episcopus Varadiensis
post Archiepiscopum Strigonensis et hinc profugus, Salisburgensis i),
Janus Pannonius, Petrus Ranzanus k) Nicolaus Bathori l), Gab-
riel*

potiposet referunt ligno, rudi sane opificio sunt inaratae. Vide Be-
lum l. c. p. 15. §. 19. Primum illam Augustanam recudi curauit
Bongarius inter Scriptores Rerum Hungaricarum anno 1600. Optime
vero de Thuroczio est meritus Georgius Schuandnerus V. C. in
Collectione Script. Hung. Tom. I. Lipsiae an. 1746. excusa: de cuius
meritis videlicet Belius in Praef. Tomo huic praemissa. Ait por-
ro Czuittingerus l. c. Chronicum hoc an. 1488. in 4. Venetiis quoque
excusum esse, eique libellum quendam sub titulo *Soliloquii* tribui, de
quibus iam nihil dicere habeo.

g) Inter Script. Rerum Hung. Schuandnerianos Tom. II. Cf. Praefatio
doctissima Cel. Belii ad hunc Tomum §. VI. atque Czuittinger l. c.
sub voce Zredna.

h) Idem, ibidem.

i) Videatn de hoc Petri Hanschutii *Germania Sacra* Tom. I. in Vita eius.

k) Venerat in anno 1488. (vti ipse in praefatione operis mox laudandi Edi-
tionis Tyrnauiensis an. 1579. testatur) Ferdinandi Regis Neapolitanii
ad Matthiam Legatum, ibique Epitomen Historiae Hungariae, quae
sub eius vulgo circumfertur nomine, filio, quo nunc apparet, vesti-
vit. Neque etenim ille est, vt plerumque putatur, sed anonymous
quidam, Auctor dicti operis: quod quidem ipse Ranzanus Dedia-
tione ad Matthiam testatur inquit: „Cum superioris anni hieme
„Viennae agrem, tua Beatrix Regina sapientissima tradidit mihi le-
„gendum codicem quendam, in quo scribitur series principum, qui
„ab Atila ad tuam usque tempestatem, regnum in Hungaria tenuere.
„Cumque perlepto libro animaduertissem, eam seriem non tali nitore
„Orationis explicatam, qualem rerum maiestas ac dignitas postulaf-
„set: Regina ipsa hortante contulit me ad scribendum filio paulo cul-
„tiore, quaecunque de Hungarorum Principum regno atque ordine
„libri illius Auctor non satis latina oratione prodiderit. Sum nihilo-
„minus hac vissus licentia: vt nonnulla, quorum ille non meminerat,
„suis scriptis adfecerim; quaedam autem, quae redundare, parumque ad
„rem valere sunt visa detraxerim. Quod eo feci, quia non fuit mi-
„hi animo, prolixam scribere historiam. — Quae vero his de rebus,
„ex eo, quem dixi codice, decerpta a me collectaque sunt, ea, alia-
„que illa, quae superaddidisse me dixi, adieci ego ingenti cuidam
„operi meo a triginta iam annis incepito et ad haec usque tempora
„continuato, nondum tamen edito, quod inscribo: *Omnium temporum*

„Anna-



briel Brixiensis m), Hilarius Volphardus n), Ioannes Thúz o),
Chri-

„Annales. Eius Operis sexaginta iam Volumina absoluta mihi sunt. „Quocirca sit, vt eis, qui est de rebus Hungaricis, (neque etenim in 60. illis, Voluminibus eis quicquam de Hungaria, ex defectu in Italia documentorum infra fatetur) „sit ipsorum Annalium liber pri- „mus et sexagesimus.“ Est vero Opus integrum in Indices disper- tum, quorum sunt numero XXXVII. agnuntque ab Origine Hungaro- rum ad an. Christi 1488. Editionem primam procurauit an. 1558. Vindobonae Sambucus, eamque Appendix, quae res Regum Hung. ab an. 1488. vbi anonymous defuit, ad Ferdinandi I. tempora gestas continet, auxit. Videtur vero Sambucus non compleatum habuisse Mspt. Exemplar, ex quo suam deponuit editionem; cum Epistolam Ranzani ad Matthiam nuncupatoriam, et Indicem I. Orationem eiusdem ad laudatum Regem et Beatricem, maxime laudibus Familiae Corvinianae constante, continentem (nisi forte sponte haec, nihil ad Hist. Hung. conferre ratus) praetermisserit. Vnde apud eum Indices sal- tim XXXVI. Altera est auctoris huius editio, e Luca Pecho Tyrna- viae 1579. in gvo. facta: qui, quas a Sambuco negligēta refiuit, pro- priamque continuationem (nisi quod pauca ex Bonfinio sit mutuatus) ad eadem Ludouici II. adiecit. Reperiunt Sambucianam, Bongar- sius et Cel. Schundtnerus in Colleēt. Scripp. Hungariae. Petianam autem anonymous Budae hoc pariter seculo.

- I) Fuit Nicolaus ex familia, antiquitate et rerum gestarum gloria illustrissima Comitum de Bathor criundus. De eo Bonfinius l. c. p. 5. Vac- a suo antistite Nicolao Bathorio, oratore summo, disciplinis italicis ornato, nunc maxime gloriat. Galeotus vero in libro *de Dīctiis et Factis Matthiae Cap. XXXI.* haec habet: „Hic igitur Nicolaus studiis „humanitatibus in Italia eruditus cura et diligentia doctrinam adaugens; „nihil laboris, nihil vigiliarum, nihil impendi subterfugiens, quod „ad Doctrinam conueniret, breui efficit, vt doctissimus, acutissi- „que philosophis eius doctrina et litteratura summa cum admiratione „probaretur. — Praeterea semper me hortabatur, vt gestorum regis „Matthiae historias facerem, ne tanti regis negotia, quae patriam ex- „ornarunt, illustremque fecerunt, obliuione torpescerent. Perplacuit „etiam mihi illa familie sua dignitas et elegancia: semper enim in „eius domo aut oratur, aut studetur, aut carmen cantatur ad lyram, „aut sermo habetur honestus. — Ab aree ad hortos, quos ipse mun- „vit, piscinique ornauit, ab hortis vero ad arcem frequens deambu- „latio, non sine et proborum hominum commercio, comitibus libris „efficit, vt iter quoque disputationibus teratur. Interdum pilento „vehitur Episcopus amoenos, apricosque colles viibus, arboribusque „vt in corona confitos reuensis non sine lectione et disputatione ho- „nesta.“ Plura vide l. c. Interim produxisse Nicolaum vitam ad sec. vsqne XVI. Decreta diuersa Regni, quibus subscriptis, condocent,

m) Vene-

Christophorus Fodor p), Stephanus Fodor seu Crispus q), Franciscus Mester r), Martinus Barletius s), Ioannes Vitelzius t), Franciscus Bandinus u), Alfonius x), Ladislaus Vitelzius y),
Fran-

- m) Venerat is cum Ioanne Capistrano in Hungariam. Virtute sua et favore Matthiae, ex ordine Minorum ad cardinalitiam usque dignitatem et Episcopatum Agriensem est cluētus. Vide plura de eo apud Bonfinium Dec. IV. paſſim in primis p. 570. Scriptit in Polonos ab expeditione contra Matthiam infelice domum redeuntes satyram, cuius exordium est:

Bruma venit, nix alta ruit, migrate Poloni,

O! fugite ad proprios, algida turba lares.

- n) Dedit eius documentum, inter *Opera Iani Pannonii* edit. Budensis pag. 317.
o) Galeotus vocat eum l. c. Cap. XXIX. virum latine, hungarice et flau-nice eloquentissimum.
p) Apud Ianum Pannionum l. c. pag. 39.
q) Vid. Ranzani Epitome Rer. Hung. Ind. I. apud Bongarsium p. 205.
r) Fuit Praepositus Budensis. Idem l. c. pag. 206. ait bonas artes eximie calluisse, atque tam in soluta oratione, quam in componendis carminebus multum valuisse auctorem.
s) Fuitus de eo ait David Czuittinger l. c. p. 19. scripsit *Vitam et res ge-
fas Georgii Caſtriorum XIII. Libris comprehenſas*, atque de *Expugnacione
Vrbis Scodrae libros IL*.
t) Diversus hic est ab Archiepiscopo Strigone cognomine, et Iano Panno-nio, iis tamen sanguine iunctus. Laudes eius exponit Galeotus l. c. Cap. XXVII. Aldus Manutius ita in sua *Athaenei inscriptione* ad eum: *Quantum graueri tibi Iane, quaurum ipsi Hungariae, non facile dixerim, quod tantum iam proficeris Graecis litteris, nondum annum audiens Mu-furum Cretensem, idque Vejeriis, ut primus (quod quidem falso) Gracias Musas Attice loquentes, breui relatuus in patriam primus (id quoque non ita est) latinas Musas (imo vero et Graecas) tu et Lari-nas et Atticas Musuro doctore relaturus videris. Creatus post Episcopus Sir-miensis, tandem Vesprimensis.*
u) De hoc Marſilius Ficinus Operum suorum Edit. Basileen. p. 688.
x) Apud Ianum Pannionum l. c. pag. 308. et Michael Rotarides in *Prole-gomenis Lineamentorum Hisp. Litter. Hung.* p. 37.
y) Cf. Ianus Pannionus l. c. 316. et Czuittinger l. c. p. 404.



Franciscus Erdödi u), Felix Petanczius aa) Stephanus Piso bb), Ludouicus Tubero cc), Ioannes Dalmata cet. dd), Iungendi his sunt eruditii Dalmatae, qui quidem et si non omnes Hungariani sunt venerati Maiestatem, tamen ob soli vicinitatem hic commode inseruntur. Tales fuere Cariolanus Cepicus Orator atque Historicus eloquentissimus, Aelius Ceruinus poeta, Antonius Marcellus, Antonius Nimerius mathematicarum artium peritissimi, Benedictus Missulus, Altrononus et ICTus egregius, Marcus Mارulus, ceteri ee).

2) Vid. Bonfinius Historiae Hungar. Dec. I, Lib. I. p. 25.

aa) Vir aetate sua celeberrimus, diuera sustinuit in Hungaria numero Segniae Cancellarius, Vladislaique II. ad Baizetem II. et Selymum aliquetis fuit Legatus. Scripti librum quibus irineribus sit adgeden-dus Turca ad Vladislaum Regem, qui subiunctus est Ioan. Cuipliani Operi de Turcarum Origine, religione et tyrannde. Extat quoque in Collectione Scripp. Hung. Boscgarſa. Aliud eiusdem Opus de Genoclo-giis Turcarum in Mspt. adfuisse dicitur in bibliotheca Cuipliani, a Gerhardo Ioan. Vossio in Historias Latinis p. 607. Cf. Czuittinger. l. c. sub voce Perantius.

bb) Erat is patria Transilvanus et poeta singularis, quod docet Conradus Celtis Lib. II, Amorum Eleg. IX:

Hic (in Transilvania) Piso, qui docto conscribit carmine versus,
Editus et lauro tempora cincta gerens,

cc) Erat natione Dalmata, dignitate Abbas. Scripti Libros IX, Commentariorum de rebus, quae temporibus suis (id est a morte Matthiae Coruini ad an. 1522.) in illa Europae parte, quam Pannonti et Turcae eorumque finitimi incolunt, gestae sunt, Francofurti 1620. inserti collec-tioni Schuandt. Tomo II. Vide de scriptore hoc adecurato et corda-to plura apud Cel. Belium in Praefatione, laudato scripp. Hung. To-mo II. praemissa.

dd) Fuit is etiam sculptor illustris, ad equestrem a Matthia dignitatem electus. Lepidam de eo historiam vide apud Tuberonem in Com-men-tariis sui temporis, inter Scripp. Hung. Tom. II. pag. 163.

ee) Agit de his, aliisque quam plurimis Vincentius Periboeuus in Oratione, de Origine, successibus Slavorum habita Phariae anno 1525. atque Daniel Farlatus in Illyrio sacro Tom. I. pag. 179, in fol. Vene-rii an. 1731. impresto.

SECTIO

SECTIO XI.

De Academiis et Scholis Illustrioribus.

§. X.

Ad Academias et Scholas illustriores procedendum: quarum certe plures, quam reris, reperias. Aetate reliquas, *Quinque-ecclesiensis* antecedit: cuius incunabula ad seculi XIV. ascendunt tempora. Author eius immortalis Ludouicus I. cognomine Magnus dictus; qui more, ea aetate, apud alias gentes, id genus scholas instituendi oriente, studiorum hoc domicilium anno aerae vulgaris M. CCC. LX. fundauit; cui quadriennio post, Innocentius VI. Pontifex, *Studii Generalis* iura contulit, confessaque rite tabulis, quae hodienum extare dicuntur a), roborauit. Quae eam fata, ultra seculum manserint, nihil pro certo affirmare audeo. Matthiae certe temporibus floruisse, non dubito, ad eiusque tempora, quae Zeilerus in *Descriptione Hungariae* pag. 108. ait, pertinuisse: celeberrimam *Quinqueecclesiis extetisse academiam*, eamque 2000. studiosorum interdum aluisse b). Quis enim ambigat, doctissimum et litteratorum amantissimum Praefulem Ianum Paanonium, non omnes vires intensurum in id fuisse; vt vrbis suae Academia, quam fieri poterat maxima, in dies caperet incrementa. Floruit hocce Mularum domicilium, ad Seculum usque XVI, anno cuius XXVI. cum Rege et Hungaris, et quicquid constitutionum bonae frugis in Hungaria fuerat, in clade Mohatsiana extinctum est. Ajunt etenim, proelio praedicto CCC.

G 2

cum

a) Inter alios Anonymus in *Re litteraria Hungariae*, Cassuiacimpr. an. 1735. in 12. p. 6. Michael Rotarides V. C. Prolegomen. Lineamentorum Hist. Litteraria Hung. p. 41. litt. f. Paulus Fabri Comment. de Augusta Bibliob. Budens, Lipsiae. 1756. pag. 7.

b) Cf. Andreas Locbneri Facies Iuris Publ. Hungariae edit. Ienensis an. 1757. Cap. VIII. §. IV. p. 50. Longius progreditur Gabriel Szerdahelyi in *Celebr. Vrbium et Oppidorum Hungariae Chorographia* Cassouiae 1732. in 8. pag. 269. Viget adhuc (inquit) memoria Athenaei (*Quinqueecclesiensis*) quod proximis annis ante Turcicam captivitatem adeo in ea forebat, vt ex nonnullorum sententia quaruor mille scholasticos constanter numerat.



cum Doctore suo Academiae huius alumnos, interfuisse, glorio-
samente pro patria mortem oppetiisse c).

§. XI.

Altera, vti superiori illa recentior, ita flore longe major fuit
Budenſis, iam a Sigismundo Imperatore et Rege Hungariae, Anno
M. CCC. LXXXVIII. condita. Hinc Bonifacius IX. Papa editis ta-
bulis confirmauit, eiusque Cancellarium, Budae Veteris Praeposi-
tum esse iussit a). E viuis decedente Sigismundo, non diu videtur
foetus

numerauerit. Quos inter se quoque literis ac scientiis imbutum gloriatur
Nicol. Iſtuānſis celebris Hungariae Historicus.

c) Anonymus laudatus in Re litt. Hung. pag. 7. atque laudatus Szerdahelyi
l. c. inquiens: Illorum auctoritas fidem meretur, qui assertunt 300. ex
eadem academia adolescentes Magistro duce calamus in gladios murasse, ac
dum fortius contra communem christianitatis hostem decertarent, in campo
Mohatsensi pro fide et patria gloriose occubuisse.

a) Celeber. Matthias Belius Notis. Hungar. Novae Tom. III. in Hist. Vrbis
Budenſis pag. 20. et Cl. Pray e S. I. Annalium Hungariae Part. II.
p. 186. Ex Professoribus eius, vnuſ mni cognitus est, M. Ioannes de
Horavv. an. 1394. ex Vniuersitate Viennensi accersitus, quem vide in
Dissertat. de Regia Budenſis Bibliothecae Mattheiae Corvini Ortu, Lafu,
Interitu et Reliquiis, auctore F. X. S. A. Vindobonae. Habet Vni-
uersitas haec suos etiam in Concilio Constantiensi Nuntios; vnde Her-
mannus Hardtius, in Actis Concilii huius, iconisimū sigilli eiusdem
inter reliquos Academiarum aliarum, quarum aequo in eo aderant
nuntii Tom. IV. excudi curauit. Transtulerunt ex hoc, in Concilia
Hungar. Tom. I. p. 288. P. Peterſius et P. Palma in elegans Specimen
suum Heraldicae Regni Hungariae Vindobonae an. 1766. apud Tratnerum
excusum. Et vero is, scutum ouale, duplicem in aream horizontaliter
sectum, in cuius inferiore coelestina, cubitus humanus codicem
rubeum tenens; superiore vero Crux duplicita Hungarica rubea ex
tricorpore colle exercens cum epigraphe: ACADEMIAE BV-
DENSIS, Queritur iam, quid fibi fuiscriptio illa velit: cum in
Hungaria nulla vrbis eius nominis, in qua id genus Academia floruiſ-
set, prodata memoriae reperiatur; certumque sit, Budenſis illud fuisse
sigillum. R. KAPRINAL itaque apud Cl. PALMAM loco lau-
dato p. 40. duplicem se expediendi viam satis probabilem ostendit.
Aut etenim, in mendo cubat locus, vt errore scribarum in Actis Con-
ciliis laudati scriberetur, loco Budenſis; Sundenſis, conflatum ex lit-
tera,

foetus superstes parenti; saltim non eam, quam is ei conciliare nitebatur, maturitate in consecutus. Quod quidem, qui statum periodi huius Hungariae, perspectum habet, concipiet facile. Mors Alberti Principis optimi, periculosisimis replete regnum motibus, Vladislao Polono hinc, cum parte Hungarorum, Ladislaum postumum, cui pars altera imperium cum Bohemis vindicare studebat, oppugnante; Turca, illinc utrumque exuere prouinciis adnitente. Compluribus annis tumultus hi continuabant, donec Vladislao an. 1444. ad Varnam caeso, Ladislaus V. rerum solus poteretur adolescens, paulo post et ipse morte extinctus immatura. Non mirum itaque, si opus nouellum, curis Principes aliorum vocantibus, ad magnitudinem iustum prouehi nequuerit, vel forte penitus sufflaminutum fuerit. Mihi quidem prius arridet; cum Pontifex ipse, *Studio quoddam Generale* in litteris mox producendis videatur innuere. Quicquid vero huius sit, MATTHIAS de Hunyad vix dum habenas Regni capessuisset, premere vestigia Sigismundi, in restituenda Budensis Academia, confluentibus in primis Ioanne Vitazio et Iano Pannonio, coepit. Anno itaque iam M. CCCC. LXV. Pontificem Romanum Paullum II. interpellat, iuraque Academiae, ut mos ferebat, expedit. Non illubens arnuit vocis Regiis Pontifex, et quid eatenus fieri velit, datis ad Vitezium Strigonensem et Ianum Pannonium litteris, in hunc modo

G 3

dum

tera S. vocis *Sudii*, et *Budensis*, eliso B. et intruso n. aut locus Academiae, Budae *Sunda* erat compellatus. Et, vtut quidem sententiae ex his priori malem subscrivere; non tamen improbabile videtur dicere, Epigraphen hanc comprehendens verba: *Academia Sigismundea*, honoris ipsi Fundatori sic vocitata (quod iam turn venisse vbi, Facultas Theologica Parisiensis, a Roberto de Sorbona, Collegii Thol. testatore nomen indepa docet) vt per contractionem, quae aetatati illi fuit familiarissima, elisis litteris *igum*, fieret *Sundea*. Quia vero N et A, secundum monasticos aeu illi ducetus, eadem fere fuerant, excepta lineola, ventriculo *ta A.* horizontaliter impressa; facile vitio scribas inuicem sunt permutatae, vt fieret *Sundea*; cunque in Genitivo casu sigillorum dominos exprimere Hardius (vti etiam reliquarum l. c. v. g. *Academiae Parisiensis*, *Academiae Coloniensis*) voluerit, adiecta syllaba postrema, esformata *Sundensis*.



dum responderet. „Paulus Episcopus Seruus seruorum Dei, Venerabilibus Fratribus, Archiepiscopo Strigoniensi, Episcopo Quinto Ecclesiensi salutem, et Apostolicam benedictionem. Romanus Pontifex Coelestis Regni Claviger et Christi Vicarius prouide considerans, quod per litterarum studia, profugatis ignorantiae tenebris commoda, tam priuata, quam publica, spiritualia, et temporalia proueniunt vniuerso, diuinus cultus et fides Catholica augmentur, animarum saluti consulitur, insurgentes controversiae deciduntur, pax, et tranquillitas terris,“ (intellige, redditur „) aequum ab iniquo cernitur, non immerito illustrium personarum supplicationibus pulsatus, illarum votis annuit, per quae tanta bona cunctis prouinciis fidelibus succedit, et litterarum studio vacare desiderantium statui, et necessitati prouidetur. Sane exhibita nobis pro parte Charissimi in Christo filii nostri Matthiae Regis Hungariae illustris petitio continuebat, quod in regno Hungariae licet ample, et ferrili, non viget aliquomodo studium generale b), propter quod nonnulli ipsius Regni incolae, qui ingenio pollut, et litterarum studio apti existunt, eorum paupertate, ac itineris longitudine, viarum discriminibus, ac idiomatum difficultatibus causantibus, saepe ad loca, in quibus studia generaalia vigent, se transferre omittunt, in non modicum vniuersalis Ecclesiae eiusdem Regni, et Christianae religionis, quae praesertim in partibus illis, infidelibus contiguis, viris literatis noscitur indigere, praiejudicium et iacturam. Quare dictus Rex nobis duxit humiliter supplicandum, ut in eodem regno generale studium erigendi, et alias in praemissis prouidendi facultatem concedere digna-

b) Ex his patet, Studium generale in Hungaria illo tempore extitisse (quod de Budensi et Quinquecclesiensi capiendum) sed quodam modo non viguisse. Neque vero hinc arguendum, quasi incultae eae et non frequentatae fuissent; frequentiores etenim hanc aliuscūs alumnos, oftensum est. Quin potius de studiis hoc altioribus capiendum, in nulla harum hucdum legi solitis. Rex itaque, cuius desiderium disciplinis quadriuialibus, quae forte solec viguerant, expleri nequit, sublimiores etiam, ad formam Bononiensis, quam iam in Facultates sic dictas partitam fuisse hoc tempore, docent scriptores, in noua hac officina doceri cupiit.

„dignaremur. Nos igitur, qui nostris temporibus vbiique litterarum studia florere ad ipsius fidei robur intensis desideriis affectamus, huinsmodi supplicationibus inclinati, Fraternitati Vestrae „in aliqua ex ciuitatibus, sive aliquo ex oppidis eiusdem Regni, „quam, seu quod, ipse Rex ad id aptam seu aptum duxerit eligen- „dum, studium generale cum quibuscumque facultatibus, etiam „cum Cancellario, ac salarii deputatione, inibi pro tempore le- „gentium erigendi, et constitueri, nec non statuta, confuetudines „et ordinationes opportuna ad instar studii Bononiensis faciendi et „ordinandi, dummodo eadem statuta, postquam edita fuerint: „prius nobis praesententur c), et illorum confirmatio a nobis et „Apostolica sede impetretur, ac Cancellario eiusdem studii pro „tempore personas idoneas, et bene meritas ad singulos gradus, „ad quos proueli iheruerint, promouendi, gradusque ipsos, il- „lorumque insignia exhibendi, ac alia ad officium Cancellarii spe- „ctantia ad instar Cancellarii studii Bononiensis huiusmodi agendi „aliquae omnia et singula, circa haec necessaria faciendi, Apostolica „auctoritate tenore praesentium licentiam concedimus, pariter et „facultatem, non obstantibus constitutionibus, et ordinationibus „Apostolicis, caeterisque contrariis quibuscumque. Datum Romae „apud S. Petrum Anno Incarnationis Dominiac M. CCC. LXV. „Kalendis Iunii, Pontificatus nostri anno primo d., Factus a Pon- „tifice voti compos Matthias, sedem Academiae Budam, cui in „primis studuit ornandae, statuit: Viros vndique in qualibet „scientia versatissimos et clarissimos euocat: eis disciplinarum pro- „fessio-

- c) Factas esse similes constitutiones, et a Pontifice confirmatas non dubitem; licet in defectu earum, quid in specie in se continerint, in confessio non sit.
- d) Producit litteras has ex actis Archiepiscopatus Strigonensis Gabriel He-
venessi e S. I. Ex cuius aduersariis, in bibliotheca Societatis Iesu
Tyrnauiae multis Voluminibus constantibus, atque Documentis ad Historiam Hungariae praecipue ecclesiasticam et litterariam pertinen-
tibus, referuntur Cell. RAY in Annal. Hungar.
Tom. III. pag. 315. atque Kapriani in Hungar. Diplomat. pag. 71 seqq.
Quorum posterior loco laudato, errorem dati Diplomatici chronolo-
gicum, nescio, a quo scribarum commissum eleganter corrigit.



fessionem mandat, et stipendia amplissima decernit. Et quo suos Hungaros, egentes praefertim ad colendas litteras excitaret felicius, de omnibus vitae adminiculis, sine queis frigent Musae, liberalissime prospicit. Laudavit hanc profusam Regis munificentiam merito et ex vero F. Petrus Suarz seu Niger, in epistola ad Matthiam Regem nuncupatoria Clypei Thomistarum superius laudati. *Audententer*, inquit ille dixerim, te vnum esse omnium Christianorum spem, te solum oppressis ab truculenta Turca praesidium, te periclitanti Apostoli Petri nauiculae unicum portum existere. Nec tantum armis et viribus populum tuum, celeberrime princeps, splendidum reddere, tutumque ac tranquillum seruare desudas, sed industria ac censu magnopere curas, eum bonis artibus et litteris adornare. In instituti namque haec ciuitate Buda, florentissima regni tui sede, apud Praedicatorum ordinis fratres e) uniuersale gymnasium, ubi cuncti generis discipulinae, philosophiae, theologiae, sanctaeque scripturae, ubertim possint, quod quisque cupit, haurire. Operi vero tam pio, tamque mortalibus profuturo non solum originis et fundamenti unicus auctor existit, sed gratiae quoque et auctoritatis, conseruationis atque prouentus benignus es semper indultor. Praeceptores namque et qui regendo studio praefidentes habentur, aurum quotannis abs tua maiestate affluenter accipiunt: scholaribus vero ipsis conseruis meis, cibos, vestimenta, lectos, et quae hominibus per diem ac noctem opportuna sunt, abunde largiris. Praeseferunt namque haec in omnes beneficia tua, te regem clementiae et bonitatis esse demonstrant. — Iam data sunt rei exordia sua, et summo opitulante Deo dulces litterarum fructus carpuntur, ut nimis queas et quidem pulchre cum SS. Apostolo dicere: Ego plantavi, rigarunt praecceptores, Deus vero incrementum dedit.


§. XII.

- e) Non ille est sensus verborum auctoris, solis quasi Familiae Dominicanae sodalibus (vt id quidem Sigismundus Ferarius aliique intellexerunt) studii huic cura a Rege fuerit demandata: id etenim certum est, diversi etiam Ordinis eruditos inter eius Doctores numeratos fuisse. Itaque, si quid coniectando assequor, locum praelectiōnum publicum, dum fabrica Academica, quam Rex magnificentissimam molitus est, extrueretur, in aedibus Dominicanis constitutum fuisse arbitror.

§. XII.

Plura de hocce Regis Academiam suam exornandi studio, referunt alii, quae fidem fere excedent; nisi de Matthia narrarentur; cui, nihil tam excelsum natura posuit, quo virtus eius eniti non potuisset. Aiunt, palatum Academiae vobis dicandum molitum fuisse tam magnificentum atque augustum; ut a Romano luxu haud differet, amplissimaeque vrbis simulacrum referret; *quadraginta* quippe *millibus* dilecentium hospitio inferuiturum. Dabo superbi operis totius descriptionem ex Gasparo Heltai, a) quae et si paullo longior, et Hungarico idiomate facta sit: quia tamen historiam littoralium sub rege hoc mirifice illustrat, atque a nemine, quod quidem sciam, de rebus his scribente, ab Heltaio mutuatum; integrum inferendam putavi, ita tamen; ut versio latina textum ipsum expletat, oratioque Hungarica in nota ad calcem adpareat. Ita vero ille inquit b): „Prope Danubium infra Budam ingentis „, jecerat

- a) In Chronico Hungariae, cui titulus: *Chronica az Magyaroknak dolgai-*
ról: mint jöttek ki a nagy Scythiából Pannoniában, és mint folglalták
magoknak az országot: és mint kírták azt Hertzegről Herzegre, és ki-
rályról királyra, nagy sok tiszakodásokkal, és számtalan sik viadatokkal,
Mátyás Heltai Gáspár meg írta magyar nyelven, és ez rendre hozza az
Bonfinius Antalnak ugy kónyeből, és egyéb Historias Konyekból nem
kifény munkával. Colofónvárott vigezett Heltai Gáspár né 1557. Id est: Chro-
nica de rebus gestis Hungarorum: quomodo e Scythia in Pannoniam
,,prodierint, regnum occupaverint, illudque continua Dicuum ac Regum, fibi
,,ex ordine succedentium serie possederint, et in numeris praeliis ac victo-
,,riis retinuerint. Scriptus Gaspar Heltai idiomate Hungarico, atque in
,,hunc, qui sequitur ordinem redacta ex Antonii Bonfini opere va-
,,stiorie, aliorumque Historicorum libris, non parvo labore concinna-
,,vit. Finiit editionem Gasparis vidua Colosuarini 1575. „ Tanto
vero maior adhibenda fides Heltaio, quod is relationem hanc a Bro-
derico Episcopo Vacensi posterioribus annis Matthias coacuo audi-
verit, schematismumque totius operis apud eum viderit, pag. 177.
inquiens: Ezt balotram Broderic István Püspököt kinél vala az egejz
Epületnek iedzésénél a képeis. Communicauit elegans documentum hoc
meum, pro ea, qua est in me benevolentia, IOSEPHVS BEN-
CZVR V. Cl. Gymnasii Euang. Posonensis Rector, Fautor et Prae-
ceptor pie mihi colendus: quod publice profiteri iuuat.
- b) *Hungaricus textus, retenta, auctoris XVI. seculi orthographia, pag. 177*
 H
 „, seqq.



„icerat altitudinis et longitudinis fundamenta, (Matthias,) atque
„eadem iam quadantenus vltra superficiem terrae produxerat: ne-
„que

seqq. sequens est: „A Duna mellet Budán alól nagy mélly széles
„hoszszu temérdece Fondamentomakat vettette fel és megrakkata azo-
„kat valamennyire a föld felőt, és nem monda senkinec mit akarna
„oda czinaltatni. De készszen immár mind meg gondolta és meg
„iedzete vala nagy Papirosra az Fondaockal mimémi lönne az az
„épület: Ugy iedzete vala, hogy az épületnec két piacza lönne az
„egyi a felfö Bécs felől (forte felé) igen hoszszu a masic fel annyi,
„a felfö Piaczon, vagy rendelte vala, hogy harón felől mindenie ölt
„dalon Boltos Kamorac lönnéne egymás felött hét rendel nap nyu-
„gata Buda felé, és a Duna felé volnanak mind a kamoráknac az
„Ablaki. Vgy iedzete vala kedig hogy öt kerengu vala körös kör-
„nyül és ez kerengókbe menénec a széles garadiczon fel a földröl
„egyikről a masikra. Es hogy e kerengök a kamorac előtt olly szé-
„lefec volnánae hogy a Deakoc mind bela férnēnec és ot halgathná-
„na leczkét. Ahoz kedig á Piacot egybe akara szoritani és hét
„reszre akarta azt szakasztani egy egy által kö fallal. Es mindenie szá-
„csakasztasnak az ö Piaczara közzebbé egy egy faragott oszlopot akarta
„allatni, és az oslopnae az oldalában ackarta az Lechtornc székit
„hellyheszketni, holot a Doktorokat el akarta rendelni minden végic,
„minden Oszlop mellet a leczkéne olvásására hogy az egyc oszlop
„mellet az egyc Grammaticat olvason, a masik oszlopnal a masic
„Dialecticat, a harmadie mellet az harmadie lector a Rhetoricat, a
„negyedik Oszlop mellet, a negyedie Doctor Arithmeticat, az ötödick
„mellet, az ötödik Lector a Musicat az hatodie mellet, az hatodie
„Doctor Geometriat, az hetedie mellet az hetedie Lector az Afronom-
„niát es mindenie oszlopra felyül egy kristályos Lampast akará czinal-
„tatni és minden effve az Lampafokat akarta meg gyuytatni hogy éyel
„vis oluashatnanc a Lectoroc Leczkéket és a Deakoc tanolhatnanc
„szinte mind nappal az hét Lampafoknak vilagoslágtól. Es vgy
„akarta az epiletet rendelni hogy mindenie Piaczrol Bölt alat által
„mehetnēne a kamorac hőzzöt a kamora székekbe az Dunara, a hol
„által ackarta reckeszeni az hoszszu Piaczat, a küsebik Piacztul, abba
„az oldalba, ackarta a Doktoroknac és a Lechtoroknac hazait czinal-
„tatni minden szükfges szobáckal és kamorackal, hogy az Ablakoc
„azoknac hazainae lönne nec nap keletre a küssebbie Piaczára. Nap-
„nyugatra az Hoszszu Piaczra az Oszlopoc felé Efszakra a Dunra,
„Délre kedig Budára. Annac vtanna vgy akára a küssebbie piaczt
„epüteni, hogy az éfzaki óldalba, szép Boltot, szép szobbác és szép
„kamarac lönnéne hogy az elsőkbe az orvas Doktorokc laknánae az
„masikban az Patikároloc és az Barbélyoc, az Harmédikba volnánae
„az

„que tamen cuipiam, quid eatenus fieri velit, aperuerat; et si
iam praemeditatus, cum archidectis aedificii futuri formam, in
ampla papyro delineauerit. Ita vero schema ferebat, vt duplex
effet aedium area; prior, eaque superior versus Vindobonam
vergens nimium longa; posterior autem medio minor. In illa,
triplici ex latere, fornicata effent conclauia, septemplici contigna-

H 2

,tione.

,az Betegec küléni külémb fele szobakban Boltokban és kamórákban,
,málik oldalon lönénéke szép Pinczé, szobbác, Boltac es kamó-
,rác, kikben laknéc az Oeconomus, a czeládon ember és minden ö
,szeladai: hogy az mindenfele Bort, es fereket kenyeret szinetlen
,árolna nagy Rövfégel. Az nap támadati oldálaba iedzette vala a
,Müveseknec házait hollot mindenfele müvesek arulánac, de nem
,hogy ott laknánac. De az alsó rézére a Duna felé iedzette vala a
,kapu felött szép szobbakat, Boltakat és kamorikat. Hol az egész
,Académianac avagy fő országna Oskolajánac Prepostya laknéc, ki
,mind a több Déakoknac, Lectorocknac, Mesterekne es Dokto-
,roknc Rektoros es vezérlöje vónla. Es egy rendelte volna,
,hogy az északra a kapun alól a Duna felött mind az egész
,szíeren alól egy más mellet mind konyhac volnánac, è a felet
,minden fele szuksegékre való házoc, mert azt tekéllette vala ö ma-
,rgába hogy vagy rendelne minden szuksegéket a scola mellé mind
,ételeiböl, mind italból, mind az egyéb emberekne szükségére va-
,lókból hogy az negyven ezer tanulo Deakokbol egy sem ionne bę
,segélez észtendeig az varásba semmi szuksegére: hanem mindenec ot
,hbőven volnana a schola mellet. Ennek alkalmatofagra kedig ied-
,nzette vala, hogy az első küssebikc Vdvarba két oszlop állana és az
,oszlopból czatornas kút folyna ki: Es mindenec oszlopom felyül
,egy egy kritályos Lampas volna melly étem ejczaka vilagos-
,kodnec. Vgy is iedzette vala hogy az hosztú Piaczon is azon czator-
,nás kút fel forrana és ki öttlenédnéke harom hellyen az Duna viz-
,zel. Vgy is intézte vala a dolgot, hogy negyvenezer Deac laknéc
,szunetlen e scolában, è arra ügyeközök vala, hogy olly Disciplinát
,szörzene a scholában hogy ne vónla az egész scholában mind enyi
,Deac kőzzött is vagy egy Dákos is ès hogy enyi Deaknak mind elég
,ételec ès italoc vónla az schola konyhaibul és az Oeconomusnak Pin-
,czeiebüll. Erre kedig a Duna mellé mészáros czehec akar vala
,szörzni egy kenyér sütés vczáival egyetembe és abban nagy vafart,
,mellyet meg akara ajandékozni nagy szabadsagókal hogy minden
,nap elég vónla a negyven ezer Déaknac. Es a Prepost avagy Re-
,torsághoz es az Oeconomusághoz iles ès nagy ioszágot akar vala
,szacasztni ès soke ezer forintára iövedelmet, hogy mind e széles
,világón nem lönne job széb és bővebb schola annál.



„tione inaedificata, quorum fenestrae omnium, occidentem, Budam, (meridiem) atque Danubium versus, (leptentriuem) vegerent; Quinque porticus pone vniuersas aedes erant tantaes amplitudinis ducentas, vt studiosos omnes caperent, ibique lectioes audirent; in eas vero scalae ab infima ad supremam, laxae ducerent. Muro proposuerat integrum hanc cingere aream, in septem, muro pariter diuidendam segmenta: in quorum singulorum medio, caelata erat locanda columnna, ad latus cuius, Lectoris applicaretur cathedra. Hunc etenim voluerat a Doctoribus in docendo obseruari ordinem, vt ad primam columnam, primus legeret Grammaticam; ad secundam secundus Dialecticam; tertius ad tertiam Rethoricam; quartus ad quartam Arithmeticam; quintus ad quintam Musicam; sextus ad sextam Geometriam; ad septimam tandem septimus Astronomiam. Huic fini itaque, quo Lectores docere, discentes vero noctu pariter ac interdiu, ad earum lucem lucubrare possent; septem haec columnae, septem erant instruenda crystallinis lampadibus, quouis, accendendis vespera. Aedium integrarum ea erat commoditas futura; vt ex qualibet arearum, esset sub concamerationibus inter cubilia ad latrinas, quae in danubium prominebant transitus. Vbi separare maiorem a minori, constituerat: aedificanda erant in latere eo Doctorum et Lectorum hypocrita atque camerae, ita quidem; vt eatum fenestrae Orientem, seu minorem aream; Occidentem, seu, maiorem versus columnas: Septentrionem seu Danubium; ac Meridiem, Budam spectarent. Atque haec quidem de maiori statuerat area. Minor, occidentali ex latere pulchris instruenda erat aedibus, quae Doctoribus primum, Pharmacopolis dein et Chirurgis, atque aegrotantibus demum destinata, diuersa continerent conclave et cameras. In latere altero, oeconomici, patrisque familias, et totius familie habitacula, cellae et fornices visabantur; quo diuersis vini et cereuifiae generibus paneque affamis essent instructae. In orientalis lateris medio portam ingenitam: superiore vero ad meridiem Budam versus, opificibus diversis aedificia, in quibus venum merces exponerent, non ea tam incolerent, delineauit. Id intelligendum de parte quoque inferiori nempe Danubiali, elegantissimis hypocaultis, cubilibus

et

„et cameris exornata, quas academiae, id est, Regni totius Scholae supremae Praepositus, qui omnium Dilcentium, Lectorum, Magistrorum, atque Doctorum Rector erat futurus, inhabitasset. Culinis, domibusque penuariis, uno ordine ad septentrionem infra portam, supra Danubium, locum posuit. Scholam hanc etenim, quicquid seu eibo, seu poui, rebusque aliis ad vitam bene commodeque viuendam pertinentibus, necessarium foret, ita instruere decreuit: ut quadraginta dilcentium sufficienter milibus; totoque anno ea propter, urbem nemo intrare cogeretur. Fini huic, in area minori, fontem duplicem, in maiori autem triplicem aquis Danubialibus ex columnis, lampadibus crystallinis, quae noctem illustrarent, instructis fallientem statuit. Studentium (uti dictum) 40 millia continuo aedes has habitassent, disciplinam tam strictam obseruaturi; ut in tanta frequentia, ne unus reperiiretur pugio. Quo vero sufficiens ex culinis academiciis, cellaque oeconomi tantac multitudini cibi esset, potusque copia: ad Danubium societatem lanionum, Vicumque pilorum atque nundinas frequentes, magnis ornandas priuilegii condere: Academiae vero, insignia, ad Praeposituram et oeconomiam spectaura bona, multorumque millium florenorum redditus conferre decreuerat, atque haec quidem sine eo; quo in orbe vniuerso, non melior, elegantior, atque amplior hac ipsa, schola toret futura. „

§. XIII.

Copiam Doctorum, qui Academiam hanc ornabant, non exiquam fuisse, proclive est ex eis, quae superius dicta sunt, colligere. Eo tamen non obstante, per pauca eorum, ad aetatem nostram sunt propagata nomina. Rector Academiae totius Petrus Niger Vir, ut dictum, pro aetatis ratione doctissimus constitutus fuerat ^{a)}.

Pro-

- a) Docet hoc ipse, in Prooemio Clypei superius laudati, cum ita porro ait: *Ad cuius dignissimi Studii secunda principia ex Heribaldi germaniae ciuitate euocatus sum, per venerabilem virum F. Antonium Iadraaticum in ordine meo doctrina atque religione praeflantem, quem antea et riae manifestis Regiae capelhanum et illustriissimae Reginae Beatrixis ornatissimae*



Professorem Theologiae et Artium egisse *Martimum* quendam *Polonum*, litterae eius ad Senatum Cassouensem anno 1487 datae arguunt, vbi inter alia ita ait: *Nos Martinus Arcium et Sacre Theologie Professor, Apostolice Sedis Protonotarius Plebanus Ecclesie Maioris B. M. Virg. Budensis* b) Ad legendas Disciplinas, Mathematicas, *Ioannes Müller*, de Monte Regio (euocatus forte ex Academia Istropolitanâ) stipendio aureorum nummum 200. conductus esse a quibusdam dicitur, *Aurelius Brandolinus Rhetoricam docuit*. De Antonio Bonfinio c) *Galeoto Martio*, Thadeo Vgoleto, licet in aula Matthiae multis annis versati fuerint; membra tamen Academiae fuisse, (vt vt quidem sit probabile) certo affirmare non ausim. Sublato e viuis Matthia, floruit ea sub Vladislao II. d) et filio eius Ludouico, ad cladem usque Mohatsianam elegenter: cuius fama adeo perterritum Budenses cum Regina Dotores: vt, in fuga optimum salutis praefidum rati, qua quemlibet fors ferret, dilaberentur. Simon Grynaeus, Vitus Vinsheimius, *Ioannes Langus*, qui cum laude diuersas docuerant scientias,

et

amantissimaeque consortis tuae spiritualem patrem et confessorem cognoveram. Nunc vero electum tuae clementiae gratia in Moduensem Anristatem peritundine cognosco. — Ego qui rani Gymnasi, quamvis indigne ago regenteum et caput nuncupori atque magister, dicabo Tibi mentem, animumque meum, quo praefantrius habeo nibil, adiciamus omnes operas meas, industrias atque labores. Librum igitur a me nouiter editum Tibi dedico, cui confidendo plurimum conuli studii atque vigilarum, Inscrivo Codicem: *Clypeum Thomisarum*, ea potissimum ratione, quod D. Thome Aquinatis singularem incomparabilemque doctrinam aduersus impugnantes quosque defendo.

- b) Eruit eas ex tabulario Vrbis Cassouiensis Cl. Kaprinai, et Hungariae suae Diplom. Tom. I. p. 78. litt. oo. inseruit.
- c) Conducitum quidem se, non paruo salario a Matthia, vt *Beatrici Regiae* legeret, pro libritaque suo scriberet, ipse Bonfinius Rer. Hung. Dec. IV. Lib. VII. p. 636. testatur. At, vt in Academia eodem munere fungetur, nullibi lego.
- d) Patet hoc inter alia, ex epistola Bohuslai Hassensteinii a Lobkowitz, ad Schlechtam Regi Vladislao a Secretis, initio seculi XV. Budami scripta, vbi inquit: *Vale et tecum tota Academia potius, quam Cancellaria*. Vide in Hassensteinii Epistolarum Appendice.

et Conradus Cordatus, vnde venerant, in Germaniam redierunt e). Atque ita domicilium hoc bonarum artium celebre, cum vix LX. annos stetisset, collapsum, ultra sesqui seculum Buda sub Turcica tyrannide gente in ruinis iacuit: donec victoribus Leopoldi M. armis A. 1687. recuperata, Academia quoque Georgii Szétfénni munificentia restauraretur.

S. XIV.

Postremum in eis occupat Posoniensis a) Ioannis Vitézii saepius iam laudati liberalitate condita. Immortalis etenim hicce Praeful,

- e) De duobus illis ita Seuerinus Sculerti Pastor Ecclesiae Bartphensis et V. LL. Ciuitatum super. Vngariae, Oppidique Scharos Senior in libello, qui prodiit Bartphae anno 1599. sub titulo: Τπομνησια sive Admonitio brevis ad Christianos Regni Hungarici Ciues de afferenda et reuinenda veteri seu auta vere Christiana Doctrina in Confessione Augustana comprehensa p. 17. ait: „Scribit quodam loco D. Thomas Faber p. m. successor D. Leonhardi Stockelii in ludirectoratu Bartphensi et Praeceptor noster charissimus quod audiuerit a senibus fide dignis, ad hunc sub Ludouico II. Rege Vngariae circa annum Christi 25. (super millesimum quingentesimum) Budae coepisse Euangelium. Sed unde pulsos esse Euangelii Professores, inter quos et Simon Grynaeus et Vitus Vinshemius viri excellenter docti qui scholae Budensis et mortuosis etiam Bibliothecae reliqua, ibidem a Matthia Rege, praefecti fuerant, relicta Vngaria, redierunt in Germaniam. Factus que est Grynaeus Philol. Professor Basileae, Vitus autem Vinshemius Linguae Graecae Vittebergae. „ Hoc ipsum habet de Grynaeo Melchior Adami in *Vitis Philosophorum Germanorum* aitque, eum Vindobona, ubi gratas litteras legere iussus erat Budam esse vocatum: ubi cum aliquo anno scholar praefuisse, atque religionem Euangelicam amplexus fuisset, accusatum a Monachis in Carcerem esse coniectum, ex quo ramen Nobilitatis Vngaricae intercessiones eum tandem liberauissent. Ex Pannonia igitur Vittebergam concessisse, ibique multa cum Lutheru et Melanthonie super religionis negotio et aliis rebus consultisse. Hinc in Patriam Comitatum Hohenzolleranum regressus, ad Academiam Heidelbergensem anno 1523, post Basileam, dein Tübinger, atque iterum Basileam vocatus anno 1540. obiit. De Henkelio Mariae Reginae Bud e Concionatore vide Viti Ludov. a Seckendorff. *Commentarium de Lutheriano Francfurti et Lipsiae an. 1692. Lib. II. p. 57. 58.*

- a) Posita illa fuit in platea flumentanea, vulgo Wedriz dicta, Danubium pro-



Praesul, postquam Regem ad fouendas litteras consiliis extimulasset : ipse etiam quidpiam similis, simul ac licuit, id est, simulacrum ad Strigonensem promotus est Archiepiscopen, suscepit. Anno M. CCCC. LXVII. mense Iunio studi huius iecit fundamenta b) ; Cancellariumque eius, Georgium (Schönbornii cognomen ei fuisse aiunt c), Collegiate Ecclesiae S. Martini Praepositum, esse iusserit. Inter Doctores fuere M. Nicolaus de Hittendorff d) et Ioannes Re-

prospectante. Vnde Istropolitanae nomen tulit. Malunt denominationem hanc alii, ab urbe ipsa deriuare : quae in Diplomate quadam Matthiae, Istrropolis compellatur. Vid. Cel. Belii Notitiae Hung. Nouae Tom. I. Part. Spec. pag. 165.

- b) Ladisl. Thuroczius in *Hungaria sua* pag. 195. Timon in Hist. Chron. pag. 26. et qui hos sequuntur, originem eius ad an. 1469. statuunt. Quod tamen non ita est. Dicas id ex libello Ioannis Regiomontani Tabularum Directionum, vbi sub calce operis ait: *Opus tabularum directionum, professionumque pro Reverendissimo Domino Ioanne Archiepiscopo Strigoniensi per magistrum Ioannem de Regio monte compositorum Anno Domini 1467. explicit feliciter.* Cum vero eodem in libello, loco illico adducendo, hoc iam anno dicat euocatum se ad nouum studium, ad docendas quadriuiales disciplinas: patet si non prius anno certe hoc conditam fuisse. Annunt vero isthunc natalem eius esse, docent *Magnae Compositionis Cl. Ptolemaei libri a Georgio Trapezuntio traducti*, in Bibliotheca Vindobonensi Ciuii existentes. Ad calcem Codicis diuersis picturis, in his Insigniis Matthiae Regis exornati, est quadrata figura coeli, cum inscriptione: *Figura coeli hora institutionis Vniuersitatis Istropolitanae anno Domini 1467. in Iunio tempore equato hor. 20. post meridiem praeclipe.* In Ecclesia Cathedrali Strigoniensi, et erat dies *Saturni et finis horae Maris.* Vide de eo F. X. S. A. Diffr. de Biblioth. Budensis ortu, lausu, interiu, et reliquo.
- c) Supereft hodiensem statua ei a studiois Academicis honoris ergo in sacrariorum Basilicarum S. Martini, quam frequenter ipse spectauit, cum epigrapha quadam, quae tamen, exaequante litterarum ductus, qua est illinita, calce, illegibilis apparet, posita, mitraque et baculo instruicta, quae Georgio ornamenta an. 1460. Paullus II Pontifex contulit. Vid. Belii Notitiae Hung. Nov. Tom. I. pag. 549. Quanti Vir hic doctissimus, optimo litteratorum iudici, Regi Matthiae, Beaticisque aestimatus fuerit, patet ex eo, quod derafis dominibus, viridarium ei ita moenia urbis instruendum indulserint. Quam in rem extat diploma, quod incipit: *Rex MATTHIAS et Regina BEATRIX.* Vide Belium l. c.
- d) Docent id Acta Facultatis Artium et Theologiae Vniuersitatis Vindobonensis, quae allegat laudatos F. X. S. A. l. c. §. I. pag. 6. litt. c).

Regiomontanus, qui scientias quadriuiales docuit quod ipse docet, in Epistola Tabulis suis Directionum supra laudatis præmissa. Quantam, inquit ibi, propterea, et quam perhennem curam habeas condendi studii generalis, conclamatum esse iam priudem arbitror, cum ex uniuersis litteratorum confortis omnium professionum doctissimos quoque viros arcessere, officio fretus regii cancellarii supremi, cui cepto felicissimo me quoque Vienensis collegii alumnum quantumcunque adesse voluisti, docturum videlicet quadriuiales facultates e). Quae quidem etsi ita sint, et optimus Praeful, nullis in ornanda noua sea academia viris celeberrimis, pepercerit sumtibus: reliquorum tamen forte praeter hos duos omnium, obliterata est memoria. Continuae scilicet illae duorum seculorum cruentissimae clades, quibus Hungaria a Turca est affecta, quicquid simillimum monimentorum fuerat, maximam partem consumit. Venerabilis certe Canonicorum ad D Martinum Collegii tabularium, irreparabilem quippe motibus Bethlenianis, vti a Virro, qui eius accuratam habet notitiam, edoctus sum, paustum iacturam, nihil ad academiam hanc spectans continet. Neque vero diuturna ei fuisse videtur aetas f) saltim elato tristi musis Hungaricus

e) Neque vero diu in officio hoc perficit. Ad Academiam Budensem, vel potius aulam translatus videtur. Vbi ad anni 1471. initium, diversabatur, quo in Germaniam rediit. Caussam, remque totam ita exponi biographus eius Gassendus l. c. Quoniam interiu per ea tempora (cum Budae morabatur) emerit occasio certandi de Bohemiae Regno, ipsis Regio multis est exposita confusioneibus (adde, Patroni eius Rex et Archiepiscopus dislubebant iniicem adeo, ut res ad bellum deueniret, quae quidem dubio procul causa est genuina discessus) cogitauit Regiomontanus sedem studiis fixam ponere, ac ideo se recipere Noribergam quam primum staruit. Vixit itaque a Rege discedendi impetrata, dicere eiam vale Archiepiscopo suo voluit, unde et Strigonii cum foret, ipsis Iribus Martii an. 1471. sicut Iouis in Virginis Constellatione obseruauit, ac inde digressus Noribergam tandem circa medium veris peruenit: illic quippe ad Ecclipsim lunae die Iunii secunda attenit. Neque tamen hic diu subfuit: euocatus etenim a Pontifice in Italianam, Romae paulo post, diem obiit supremum. Vid. Adami l. c. Catalogum Operum tam suorum, quam alienorum a se collectorum typis excudendorum, ipse Noribergae publicauit, quem laudatus Gassendus l. c. repetit.

f) Dilident de occasu eius scriptores. Ladisl. Thuroczius et Samuel Ti-

I mon



ricis et tanto Praesule indigno funere, nihil de ea memoriae proditum reperias.

§. XV.

Iungendae Academiis, scholae illustriores. Quarum et si quidem in tanta Maecenatum copia complures fuisse non ambigam; quis etenim credat, nullas condidisse Vit zium adhuc Episcopum Varadini, Doecium Iaurini, Fodorium et Vit zium inn. Sirmii, aliosque litterarum amant s alibi a): ego tamen de tribus, paucis saltim aetaturus sum. Praecipua earum est *Strigonienfis* b) Vit zii Archiepiscopi monumentum. Orrabatur ea viuente parente, viris in diuersis scientiis versatissimis, Galeoto vtpote Martio, Ioanne Gatto, et Aurelio Brandolino; qui spartam hanc compluribus annis administrarunt. Suppar huie frequentia *Vaciensis*, antiquitate vero superior: ad Ladislai etenim cognomine Sancti aetatem, refertur eius, aquibusdam origo c). Nacta praecipuum in Nicolao Bathorio Urbis Episcopo, de cuius eruditione et litteratorum amore superius disserui, Patronum, non dubito, quin Matthiae tempore felicissime floruerit d). Postrema *Schemnitziensis* vrbe hodie-

num

mon locis citatis, elato auctore, academiam quoque extinctam aiunt; Anonymus vero in *Re Litterarii Hungariae Caffouiae 1735.* in 12. p. 6. Michael Rotarides in *Prolegomenis Lineamentorum Hist. Litt. Hung.* p. 41. litt. s, atque hos fecutus Cl. Paulus Fabri in *Communicatione de Augusta Bibliob. Budensi* p. 8. euerisionem eius furori, post cladem Mohatianam Turcico tribuunt. Cur tamen sententiae priori refrager, non habeo.

- a) Tales fueri Lippaini et Gyulae, in quibus Stephanus Kis Szegedinus, sub initium Seculi XVI. bonis litteris dedit operam. Videatur *Vita Szegedini Auctore Matthaeo Skaricaeo Pamonio*, *Loci illius Communibus Theologiae sincerae*, diuerso tempore et loco editis, praefixa.
- b) Vnde *Theatro d'Huomini Litterati supra laudatum pag. 32.* Guilielmus Cae in *Hist. Litter. Scriptor. Ecol.* edit. Basil. an. 1745. Tom. II. pag. 210.
- c) Inter alios Anonymus in *Re litteraria Hungarica* p. 6. Opinionem Cel. Belii vide in Not. eins Hungariae Nouae Tomi. III. pag. 131. §. V.
- d) Laudatus Belius l. c. pag. 133. §. VI. In genere, vide sis de Gymnasio hoc Salom, Kufelium in *Lexico Geographicoo ad hanc vocem*. Sch e deli-

num montana non incelebri, a Matthia, cum Beatrice sua, Vrbes montanas obeunte Anno M. CCCC. LXXVIII. instituta. Director ei datus fuit Thomas Faber, vir doctissimus. Docet id Anonymous in libello, cuius titulus: *Idea principum in Sapientia coronata Matthiae Coruini.* Vbi Auctor ita ait f). In Civitatum porro montanarum visitatione (de qua vide Bonfinium Ren. Hung. Dec. IV. Lib. V. pag. 600.) vbi educendi e fodinis metallici auri et argenti molliendi item, conflandique modus iis, quibus videre ante non licuit, admirationem ciet, cum primis vero Scheminizii, iustitia, fide in Regem, constantia, opibus, auctoritate, gloria et dignitate celebri, gloriam natuam, litterario Gymnasio, Rector D. Thoma Fabri Pannonio viro undiquaque clarissimo sublimarit et auxerit anno 1748. Id saltim dolendum (quod Cel Belius ad mentionem Scholae Vaciensis loco supra laudato, ait, id merito de omnibus dici potest) quae earum fuerint instituta, quae rationes, atque studiorum ordines, iam cogamur in praefens ignorare. Si ex temporum ingenio hariolari licet, humanitatis forte, qualibuscunque studiis, rerum item diuiniarum contemplatione, res omnis absoluiebatur. De aerate earum, quam adsecutae sunt, quod dicam, in re obscura, non habeo. Neque tamen, diurnioris vllam fuisse, existimo. Saltim, quare ad cladem vsque Mohatsianam eam producam, excepta Vacensi, quam Praefulum doctissimorum, Ladislai Szalkani et Broderici liberalitas eo usque sustinuisse, proclue est credere, non video. Strigonensis sane, eadem est cum Posoniensi experta fata. Schemnicensis forte cum Doctore elata. Fortuna olim forte secunda, eruderabuntur plura, quibus clarius illustrari possent talia.

I 2

delii Notitiam Hungariae Antiquomodernam, edit. Behambii. Argentorati. 1676. p. 214. num. 329.

f) Pag. 63. Est libellus impensis Tyrnaiae an. 1713. in for. 12. Cf. Gabrieles Szerdahelyi Cel. *Vrbium Hung. et Ospid. Chorograph.* p. 277, atque eiusdem *Chronolog.* Reg. Hung. in an. 1478.

SECTIO



S E C T I O V.

De Societatibus Eruditis.

§. XVI.

Inoleuerat seculo XV. et XVI. in Italia consuetudo societates condendi eruditas: in quibus Viri doctri exercendis ingenii, bonarumque artium studiis prouehendis vacarent. *Vniversem ita comparatum fuit*, inquit Illustris Boehmius a) ut *sodalitiis iis viri doctri liberaliter otium temporis diuidenderent*, *dulcia seueris interferendo*. Itaque ergo, quanquam addidissimi politioribus litteris, non eloquentiae solum, non, vt sic dixerim, mixtis carminibus lyrae acquievere: sed saepe numero inter se super greuissimis rebus, docte ac sapienter disceptarunt. Quod sane ita est. Discimus id a Conrado Celtis, qui Lib. III. Oda III. ad Ioh. Vigilium Sodalitatis Literariae Rhenanae hospitem Heidelbergae, ait:

Quae tecum, memini, tempora triuimus
Diuersis studiis: nunc Latios Libros,
Graios et Solymos, nunc Ciceronis his
Artes contulimus bonas.

Nunc Vatum placidi carmina legimus,
Nunc quod Pontificum serinia sentiunt,
Nunc quod Caesareis consulibus scatet,
Grato voluimus otio.

Cum nox stelliferam protulit aream,
Quod stellas gererent lucidae imagines,
Intentis oculis consummerauimus,
Et quo quaeque fuerit loco:
Quae nunquam Oceano conditum vltimo,
Et quae praecipi mergitur impetu,
Et quae cardinibus se moueat vagis;
Certo pendimus Organo.

Post-

a) In doctissimo Tractatu: *De Augustino Olomucensi et Patera eius aurea*
Dresdæ et Lipsiae an. 1758.

Postquam autem fatis datum sapientiae, omnis sodalium chorus

Explicit vino, contractae seria frontis.

Ita enim laudatus Celtis ad eundem Vigilium.

Hinc Bacchi laticis cymbia fertudi
Feruens mensa tulit, cum variis focis:
Hic nummos nocuam perdit ad aleam,
Alter carminibus vacat.

Alter cornigeri pocula Numinis
Amplexus pateris ampla patentibus
Haurit, dum titubat lingua potens mero,
Verbisque officium negat.

Et sane adeo mos hic, apud sodales hosce inoleuerat, ut non
auspicato convenisse crederent, nisi Bacho litatum fuisset. b) Ma-
ture consuetudinem hanc Germani suam fecerunt et Hungari.
Anno iam 1480. Rhenana, in has leges constituta est. c) Mox
aliae quam plurimae fecutae. Apud Hungaros duplarem, iisdem,
quaesupra recensui institutis conspicuam, coactam fuisse reperio:
et si, tam de tempore exordii, quam auctore institutae Sodalitatis ni-
hil certo statui possit. Si Conradus Celtis pater eius dicendus, vi-
tissimam Matthiae regiminis annis cum ex Italia iter per Hunga-
riam fecerat in Poloniam, condidisse sumendum. d) Mihi tamen,
ne quid diffitear, vero videtur similius ante Celtis tempora, eius
ponere originem. Non etenim mihi possum persuadere, tam fre-
quentes eruditos Italos, domi societatis his maximopere adfuetos,

I 3 non

b) Fuse de his agit Illustris Consiliarius IOH. GOTTL. BOEH-
ME libello laudato paolini, ex quo me multum profecisse, gratitudinis
ergo profiteri intercessit.

c) Docuit id Ioan. Georg. Ruprechtus Oratione Ienae an. 1752. habita.
Plures autem a Celte fundatas vide in Poematisbus ipsis, inter Opuscula
eius an. 1511. Argentorati excusis Epod. XIV. Cf. Illustris Boehme l.
c. p. 109. atque Cl. Iugler in Struui Introducit: ad Vfsum Bibliothecarum
Tom. II. p. 1993.

d) Vide Vitam Celtis a Sodalitate Litter. Rhenana descriptam et Carmini-
bus eius praefixam, atque Melchioris Adami *Vitas Philosophorum Ger-
manorum*. Anno iam 1491. cum pridem ex Polonia rediisset, commen-
datione Friderici Electoris Saxonie, a Friderico Imperatore laurea
donatus est.



non prius quid similis in Pannonia tentatores fuisse. At quisquis tandem Auctor sit, sub Matthia floruisse, ex Carmine Conradi iam producendo, manifestum fere est. Etenim Matthia contra Turcas pugnante Conuentus egisse Budae, innuere; et mortuo eo, illico, quod ex monstribus, quae mortem regis praecesserunt, nescio quae mala præfagiata, scriptissime videtur. Duplicemvero eam fuisse, Hungaricam alteram, alteram Transilvanicam, seu ut Celtis compellat Septemcastrensem, eiusdem Celtis auctoritate, ut credam adducor. Hungarica, ut inquit. Illubris BOEHME l. c. pag. 126. Budam videtur sedem fortunarum delegisse, quae et regalis bibliothecae conspicua opibus, additæ et academia, tanquam arx habita est atque sacrarium Musarum. Et hoc sane tanto est probabilius, si non plane certum, quod Celtis in Carmine de Situ Urbis Budensis, mox producendo, ita eam describat, ut Sodalitatis etiam congressus videatur ad eam referre. Quinam vero mores, quae institus sodalibus his Hungaris fuerint, ex eodem discess poeta. Adeo non degenerarunt, ab aliarum regionum amicis; ut seu comportionibus, regione quippe maxime eis opportunitate, seu studiis, si non superarint, saltim aemulari ceteras studiosissime voluerint. En Carmen Conradi Celtis vnius ex sodalibus, dictis fidem facturum; quod integrum vel ideo inserere libuit; quoniam et rarissimum, et vnicum consernatae sodalitatis huius litterariae Budensis memoriae monumentum, et studia eius elegantissime exposuit. e) Titulus ita habet:

Ad Sodalitatem Litterarum Vngarorum de Situ Budae
et Monstris, quae praecesserant mortem Diu
Matthiae Pannoniae Regis Penthice II.

Posta

- e) Neque obstat, nullam ab eruditis aetatis illius factam sodalitatis huius mentionem. Id etenim pluribus institutis litterariis vsu enuit. Quis quoefo, a Bonfinio historiographo Matthiae, amplissimis ad scribendam historiam conducto stipendiis, quis inquam Academiarum Budensis, Posoniensis, ect, non expectet historiam. At vero frustra eam apud historicum quæsiueris. Multa certe, cum suac, tum superioris aetatis scriptis minus accurate, erronee et fabulose, multa quoque neglexit, non faciliter venia vel ideo dignus, quod instructissimam bibliothecam, immo omnia Regni tabularia, tum adhuc salta et intemerata ad discenda meliora, aperta habuerit. Itaque si societatem hanc quoque præterierit, quid mirum? Maiorem sane meruit Conradus Celtis gratiam, qui solus memoriam eius, Carmine suo nobis seruavit.



Posta vero ita pergit

Auream terram colitis beati,
Quam rigat pulcher Sawus et sonanti
Desfluens cursu Drauus et remoti
Nominis Ister.

Nominis Ister.

Alluit nitem citus ille collem,
Februos, Austros, Boream et Videntem,
Qui gerit pulchram resipinus Urbem,
Regis et arcem.

Matthiae magni monumenta Regis
Vidimus priscis ibi multa saeclis
Aqua seu Martis studium sequere; aut
Palladis artes.

Solus hic vastos tumidi procellas,
Armaque Eoi pōtuit tyranni
Ferre, dum late dederat ruinas
Perfidus hostis.

Perfidus hostis.

Dum premit vicit refugas cateruas,
Et truces enses animi ferocis
Sternit et saeuam rabiem cruentis
Stragibus arget.

Stragibus arcet.

Saepius mecum repetitis alta
Mente, quae rerum fuerint latentes
Inferum causae, superumque quis sit
Lucidus ordo.

Yude



Vnde sublatum mare fluctuosus
Turgeat ventis nebulosus aer
Vnde vel vultus triplices colore
Nubibus iris.

Igneus Phoebi globus vnde tanto
Impetu currat rapido rotatus
Turbine, et lentam roseis reducat
Solibus umbram.

Et modo celsas properans ad vras
Euocet flores, iterum rotatus
Orbe declivi pluvium recurrens
Promus in Austrum,

Saepius mecum rigido sub axe
Frigus Arctoum pepulitis altis
Noctibus, blando mea dum caelebant
Tempora Baccho. f.)

Qui modo vultus posuit serenos,
Arma fraternalis animis perofus,
Et gemit raris habitata moestus
Arua colonis,

Martios

f) Suffragatur huic alter Collegii huius sodalis Illustris Bohuslaus Hassen-Steinius a Lobkowitz, qui in epigrammate quodam Buda ad Schlech- tam scripto, inter alia, ita ait:

Inter Pannios verfamur Schlechta penates,
Si, quae agimus, queris: viuimus et bibimus.
Carminibusque mihi plus Bacchi dona probantur,
Cornigero et cedit casta Minerua Deo.
Plusque placet crater, quam magni Musa Maronis
Plus calices ipso denique Maeonide.



Martios longum queritur furores,
Et truces enses, galeas micantes,
Stridulos arcus, et abacta lento
Spicula cornu.

Quam grauem cladem superi scientes
Noscere, humanum voluere peccus,
Dum fuit magnis patefacta monstros
Ira Deorum.


Phoebus et tantos fugiens tumultus,
Moestus abscondit rosei micantem
Verticis vultum, foror et decora
Lumina texit.

Quin et infausto genitrix labore
Tristis inmanem peperit draconem,
Ille funesto furiale sparsit

Hinc graues mundo venient ruinae, et
Bella per multas satianda caedes,
Quas parit fuluum stolidis petitum
Regibus aurum.

K

Quale



Quale nobiscum Deus ipse fatum
Tentat, aut qualem superis dedere
Legibus, fortem tenemus aquam, et
Tempore mentem.

Et breuis nobis abeunt beati
Temporis soles, statuatur altis
Cymbiis Bacchus fugiant uocantes

Pectora curae.

Increpet neruos citharae canoros
Mobilis pollex, veniat solutis
Crinibus curas relevans edaces

Mollior aetas.

Cum data est nobis breuis hora vitae,
Et cito rugae properant seniles,
Hic erat felix, sua qui fugauit

Tristia laetis.

De membris, quae fodalitatem hanc litterariam Matthias
aequo constituerant aut ornarant, praeter Conradum Celtis, altum
vbique silentium. Sub Vladislao II. Viris sane doctissimis et illustri
etiam genere natis gloriabatur. Inter eos fuere, ipse itidem *Conradus Celtis*, poeta aetatis suae felicissimus, *Augustinus Moravius*,
Praepositus Olomucensis atque Brunensis, *Ioannes Schlechta*, vter-
que hic Regi a secretis, *Bohuslaus Hassenstein a Lobkowitz*. De
quibus vide fuse agentem Tractatum saepius laudatum, *De Augu-
stino Olomucensi*, passim. Perstitisse vero eam saluam, ad ocellum
usque apud Mohats Ludouici, cur inficer non habeo. Buda certe
ad illa usque tempora, viris clarissimis iuxta et doctissimis abunda-
bat. Laudatus Bohuslaus a Lobkowitz oculatus testis in epistola
quadam, data Buda an. 1501. Calendis Augusti, ad Bernardum Al-
dermann scribit g): *Postremo id te cupio scire, inter omnia Pan-
noniae, potissimum hoc mihi placere, quod multos inuenio cupidos*
litte-

g) In Luctubrationibus eius Orationis Pragae 1503. pag. 96,

litterarum et omnifariam doctos, quorum colloquio atque familiaritate vti, in deliciis habeo. Et sane ita est. Periodo hac, quam pluriui domestici et extranei, apud quos solenne fuit, tum peregrinationem eruditam suscipere in Pannoniam, Budae diuersabantur: quos nomen sodalitati dedisse non contra eo. Ex eis sunt, Ladislaus Szalkanus Archiepiscopus demum Strigoniensis, a favore litterarum et pandendorum poenitentia Scientia Velio valde laudatus, Hieronymus Balbus vir eruditissimus, Iacobus Zieglerus, Joachimus Vadianus, Philippus More, Steph. Brodericus, Georgius Frangapani, Statilius, Nicol. Olahus, ceteri, Iouio in *Elogiis doctorum vi-*
rorum fuse laudati.

§. XVII.


Non possum mihi temperare, quin duobus, vt aiunt, verbis, fidem dictis porro facturus, celebris illius Paterae seu Scyphi aurei, in Nummophylacio Dresdensi conspicui, olim a Sodalitate hac Litteraria Budensis possessi, mentionem faciam; eaque, quae ab ILIUTRI Consiliario BOEHME, in Augustino Olomucensi, atque GVLH. ERNESTO TENZELIO, de ea in Appendix fusa dicta sunt, in compendium mittam. Ita vero hic habitum eius l. e. describit: „Haec patera inquiens, mero constat auro, „medium fere, inter Ducatorum, Coronatorumque, vt vocant, „aurum, tenente. Diameter supremae partis, sive circumferentiae, est septem digitorum, ac dimidii, sive XXVIII. unciarum. „Viginti duobus aureis Romanorum Imperatorum nummis distinguuntur, quibus corallae laureae rutaceaeque, vt aurifabrorum vocabulo utar, innexae sunt. In fundo, altari insidet puer alatus, „id est Genius, dextra vuas exprimens in pateram, ante se positam, „sinistra exponetla vuas tenens, cum epigraphe: GENIO. LIBERO. Q. PATRI. Margini exteriori hos versus, litteris uncialibus incultpos legimus:

PHOEBIGENVM. SACRATA. COHORS. ET. MYSTICUS. ORDO.
HAC. PATERA. BACCHI. MUNERA. LARGA. FERANT.
PROCUL. HINC. PROCUL. ESTE. PROPHANI!

„Sub pede incisa sunt verba:

K 2

AUG.



AUG. OLOM.

SIBI.

ET. GRATAE.

POSTERITATI.

M. D. VIII.

Hucusque ille. Neque in praesentiarum luet aliorum de genuino versuum horum sensu, pateraeque destinatione, referre disputationes: quas si cui legere placuerit a) laudatum Au^torem aдеat, oportet. Ea saltem, quia ad scopum praesentem facere videntur, que laudatus Tenzelius V. C. aequo Ioue est suspicatus, Illustris vero BOEHMIUS felicissime eruderavit atque in apri-
cum deduxit, referam. Atque primum quidem ex ipso Scyphi titulo
fatis iam constat, Augustinensem, possessorem fuisse.
Quiem is in Bohemia forte factum, Budam b/ tandem translatum,
Sodalitati Litterariae Budensi, quam is *phoebigenum sacratam*, poe-
tarum veterum more, *cohortem et mysticum ordinem* appellat,
propensas voluntatis et amicitiae causa, membrum quippe eius sa-
crauit. Et sane, fuisse aetate illa solenne, id genus pocula et pa-
teras affabre factas, non eruditis solum, sed et Principibus viris
dare donaria, laudatus Au^tor l. c. pag. 99. exemplis exquisitissimis
condocet. Vslum patræ nostræ, simulacrum Genii, vias in pa-
teram exprimentis, cum epigraphe: *Hac patera Bachi munera
larga ferat, edocet.* Dum scilicet, ut superius dictum, in con-
gressibus suis satis studiis datum fuisse seuerioribus; succedebant
iucunda, comite Bacho. Epiphonemate extremo, more Roma-
nis priscis visitato, qui profanum vulgus, a sacrorum arcebant ce-
rimoniis.

- a) Habet is icona quoque Pateræ huius aeri incisam, cum omnibus Imperatorum Romanorum, in schypho ipso conspicuis imaginibus elegan-
tissime effictis.
- b) Frequens est patræ huius mentio in litteris Bohuslai Hassensteinii ad Augustinum. Ita alicubi inquit ille: *Cyphus tuus Proga est: timuit enim pericula viarum, atque ideo Vngariam proficii noluit. Quid ex eo fieri deinceps velis, Francisco committit.* Et alio loco: *Cyphus tuus, ut spero, antequam haec litterae tibi reddentur, Brunnae apud Franciscum cognomento Freisinger erit. Quomodo autem deinceps Budam perfatur, tu curabis.* Vide *Lucubrationes Hassensteinii* pag. 102. 104. 106.

rimoniis, facessere quoque iubet tales, id est, horridos, indoctos-
que, a sacro sodalium coetu, inquiens: *Procul hinc procul esse profani.* Fata Paterae huius, Cl. Tenzelius l. c. ita describit: *Quis autem non tacite admiretur singularia paterae huius aureae fata?* Originem debet supremo Regis *Vngariae Secretario, sive Cancellario:* inde a *Tartaris* (post cladem crediderim Mohatsianam aut mox, aut post mortem Ioannis de Zapolya in Eudae expilatione) aliquando rapta, inter barbaros illata mansit, donec in obfitione *Affonsi a Russis intercepta, in Iudeorum manus incideret, exque his, a supremo Regis Poloniae Cancellario (Wolfgango Dieterico Comite a Beuchlingen) vindicata, Germaniae postliminio restitu-
retur, Regis deinde cimelis aggregata. c)*

S. XVIII.

Altera Societatum harum *Litteriarum* fuit Transsilvanica,
de qua nihil lego amplius, quam quod ipse idem Conradus Celtis
in Libro Epodon inter Opuscula eius Argentorati an 1510. excuso
habet. Inducit is *Septenariam* (tot etenim fuere) *Germaniae sodali-
tatem litterariam περι της εβδομαδας* canentem. Statuitur itaque
sodalis primus *Septemcastrensis Danubianus inquiens*:

Si clara Graeciae recenseo lumina,
Erraticos septem globos vincentia,
Vicinitatis rite munus exequor.
Seruant Eoas Graius et Getae plagas,
Qua Pontico septem oitis Ister mari
Illabitur septemplici haud Nilo minor.
Hinc nomen est septem datum castrenis.

Sed de his haec tenus.

K 3

SEC-

c) Inter monumenta quoque Sodalitatis huius Litterariae, referendum cen-
feo nummum in proemio laudatum, in honorem Regis MATTHIAE
cufum. Inscriptionem eius Zachar. Theobaldus in *Bello Huffirico Par-
te III. p. 152.* aperte Bohuslao Hassleinio de Lobkowitz tribuit.
Itaque a Sodalitate hac, occasione forte quadam solenni, vel post
mortem Regis cufum memoriae causa existimo.



SECTIO VI.

De Bibliothecis, cum Appendice de Typographia.

§. XIX.

Bibliothecarum nunc expromenda est historia. Atque principio quidem offerunt se decantarissimae illae Budenses Coruinianae: de quibus ego tanto agam breuius, quo plures in hoc argumendo vires suas exercere a). De Auctore earum non est eur agamus hic

- a) Inter eos, qui professa partim opera, partim ex itinere de bibliothecis hisce scripere sunt: *Natulus Naldius*, qui tam solito, quam ligato filio eas eleganter laudavit. *Mspitum autoregeziboy* nescio, quomodo deuenierit ad Gymnasi Euang. Thorunensis Bibliothecam, ex qua defunxit exemplar suum Cel. Ioan. Rezikius, iure haereditario ad SAMVELEM SZE'KELY vtraque Pallade spectabilem translatum: a quo secum communicatum subiunxit Cel. Matthias Belius Notitia Hung. Nouae Tom. III. *Nicolaus porro Olahus* in *Hungaria sua in Descriptione Vrbis Budensis*. *Iohannes Alexander Brassicanus* in *Praefatione Saluiani libello de Prudentia, praeuisa*, *Petrus Lanbecius* in *Commentarius de Augusta Bibliotheca Vindobon.* *Paulius Tassenerus* in *Descriptione Legationis Comitis Lasclei ad Portam Ottomanicam*. Ex his vero desumere sua: *Iustus Lipsius* in *Opusculo de Bibliothecis*. *Iulius Fflugius* in *Epistola ad Virum Ludov.* a Seckend off de bac Bibliotheca. *Paulius Pater Trençinio Hungar.* Rector primum Gymnasi Thorunensis, post Mathematum Dantici Professor in Episcola gratulatoria de munere Bibliothecarii Bibliothecae Augustae Guelpherbitanae ad Rithalerum, sub titulo: *Fanum aurantia, Scenam Brunsiacen. ac Lubneburg.* *Principis Rudolphi Augusti gratia publico endowment Guelpherbyti*, Michaeli Kittaleri Modora Hungaro clementissime reservatum, *Paulius Pater Hungarus Cui et Fautori suo colendo laetabundus vota soluit, fatus, fortunatum, felicem bibliothecae simul iuroitum adprecatur.* Schediasma 4 $\frac{1}{2}$ plagulis in 4. consta, cui Graeca, Hebreaca et Latina Inscriptio subiuncta est. De Bibliotheca Budensi duabus prioribus agit paginis. *Hermannus porro Corvinus* in 1. pistola ad L. B. a Boineburg de Biblioth. Guelpherbit. *Matthias Belius* in *Litteratura Hunno-Scyphica Lipsiae 1718.* et *Norit. Hung. Nouae Tom. III.* in His. Vrbis Budensis, *Guilbel. de Berger* in *Programmate de Budensi Bibliotheca an. 1743.* Lipsiac impreso. *Paulius Fabri* in *Comment. de Augusta Biblioth. Budensi* ibidem an. 1756. cet. et qui optime hac in re versatus est, *Anonymous* sub litteris F. X. S. A. latens in *Dissertatione, de Regiae Budensis Bibliothecae Martiaca Coruinii, Ortū, Lapſu, Interitu et Reliquis, Vindobonae*, apud Viduam Georg. Ludov. Schulzii fine die et consule.

hic loci: Regem ipsum M A T T H I A M fuisse omnes norunt.
De anno exordii earum abstrusior est quaestio. Mihi viderur,
punctum quoddam ponere cum certitudine expeditum non esse.
Ut tamen circa annum MCDLXV. vel ea ex ratione, quod hoc
tempore Academiam condiderit Budensem, statuatur, non contraebo b).

His

- b) Facile certe quisque colligit, Regem tam sapientem non commissurum
fuisse; quo nouum hoc artium domicilium, tam necessario caruisset
subsidio. Confirmat lententiam hanc Petrus Gassendus in *Vita Ioannis
Regiomontani*, qui ait, Mathematicum hunc, vel propterea vocatio-
nem Mathiae et Ioannis Vitæzii (quod quidem factum esse an, 1467.
supra ostensum est) acceptauisse; quod *Rex Graecos codices in expugna-
tione Constantinopoleos et Athenarum direpos, varieque per totam Turca-
rum dinorum distractos, quorum tempore Joannes cupidissimus erat, vnde
quaque coemeret, ex iisque constitueret nobis Budæ Bibliothecam.* At-
que ex hac ratione, licet eam non expresserit, collocasse initium bi-
bliothecæ huius ad an. 1466. Cl. Paullum Fabri in *Commentatione
supra laudata p. 10.* peritius sum. Vnde mirari subit Anonymum
proxime laudatum, qui primordia eius ad an. 1476. vna hac ex causa
ponit, quod anno hoc Beatricem Rex coniugem duxerit, atque pag. 5.
l. c. scribit: *Hoc vero constituto Paulus Fabri annum 66. dicti seculi na-
talem huius Bibliothecæ statuens, nullo suffragatore se tauris afferro suo
non subficeret.* Saltim ratio, quam Fabriæ innuere videntur, pondero-
sior appetat, hac ipsa Anonymi. Falluntur etenim et fallunt, qui
existimant, nihil, aut parum praefallis litterarum commodo ante
Beatricis aduentum Matthiae, quod superiorius docui. Amplificatam in
dies, atque adeo post Beatricis aduentum, nemo dubitat. Nisi haec
me, quain superiorius dedi, ratio, atque breve temporis tantae moli in-
struendae insufficiens spatium mouerent: auctoritati id Petri Ranzani
darem, vt crederem, exordium eius circa an. 1486. ponи debere.
Ita etenim ille in Epistola Rer. Hung. Indice I. de laudibus Matthiae
agens p. 18. edit. Tyrnaensis inquir: *Audiu præterea superioribus
diebus, dum Viennam versus ner ad facerem, constitui nunc a te Bi-
bliothecam ingentem et omni ex parte eximam, mirificeque ornatam, in quam
auunt, multa millia codicium non vilis, nec contennendi pretii, id est, qui
sunt per pulchritudinem exvari litteris, iutusque et extra, te et velle, et iam ce-
pisse congerere.* Iter hoc ille, teste se ipso in Praef. Operis et Bonifitio
l. c. pag. 647. anno 1488. fecerat. Itaque tempus circa annum su-
pra dictum innuere videntur. Quis tamen credat, possibile esse per trien-
nium, ad an. 1490. Regi emortualem, tantum congerere thesaurum?
Porro diuersa est Alberti Molnarii, nec si vnde hausta opinio, initia
haec ad annum 1480. ponentis. Ita vero is in *Dedicatione Difcur-
sus Georgii Ciegleri de Incertitudine Rerum Humanarum*, Hungarico
idioma.



His itaque missis, de studio Régis modoque eam colligendi dicendum. Atque ante omnia quidem quicquid typis recenter inventis excudebatur, totum id Bibliothecae suae inferri iussit. Codicum dein MSS. magnam ex bibliothecis Orientalium congregavit partem. Dissipatis etenim eisdem, capta a barbaris Constantiopoli, sumilium thesaurorum ditissima, aliisque Orientis vrbibus, commodam natus est Matthias occasionem, et si non sine insanis sumtibus suam explendi cupidinem c). Quos vero commodum ex Graecia nancisci nequi-

idiomate, sub titulo: *A leg főbb Iórvál, mellyre e Világ mindenkoron serényen és valóban vágyódik.* Colofónar. 1630. donati, ad Franciscum Darholtz ait: *Es mi Országunkbanus völtnak kegyes Fejedelemnek, kik igen jól értvén a scholáknak és könyveknek az igaz böltséggel szerezte hasznátos völök, igyekeztenek basonló dolgokra: vagy mint Mártyás király: ki Budán az királyi Collegiumnak már fundamentomatis fel rakatva völ: és az akor romlani kezdet Görgöv országiból és egyebünni szántalan szép drága könyveket bordarott az ott való Bibliotecaba 1480. esztendőben.* Non mihi temperare possum quin apponam, quae auctor reliqua, ad commendandum Principum, Hungariae in litteras meliores fauorem habet. Azután, pergit ibi, 1570. esztendő tájban, ifju Iános király (Joannem Sigismundum Principem Transilvaniae, perpetram Regem dictum intelligit) völ illyrian szándékba. Ki amaz hivis Philosophus Petrus Ramus hiszpaán Parízból Fejérvarra. De az Blandrató orvosnak doba el ifjonyitotta az böltséket az oda meneturivel. Annak urána Baroni Istvánus hívatta idejébe Paduabul Jacobus Zarabellat tanításnak okáért, de szandékának, Lengyel Országi királyságának szakat vége 1580. esztendőben. De ez dolgot azok közül senki előbb nem mozdtotta az fejedelemi böltséggel, igaz religioval és az jó könyveknek szeretetivel fel ékesítette, az Ifjúban már boldogsúl el nyngodot Betlen Gabor Vrunknal, ki Testamentomában az fejedelemi Gymnasiumnak fondalására illendő jövedelmet rendelt és költséget hagyott. Mellynek Felséges Fejedelem Ászszonyunk, (Catharina Brandenburgica) és Nagyságos Gubernator Vrunk (Stephanus Betlen) által való el telyesfés és végbez zetéle felül Isten után igen jó reményt legyen vagyonk.

- c) Cl. Fabri l. c. pag. 10. perperam scribit, Matthiam, caesis barbaris, ac ulro pacem flagrantibus reliquia bibliothecae Constantinopol. extorsisse. Insultat ei propterea Anonymus sub F. X. S. A. latens l. c. pag. 14. inquiens: *Vbi conditiones istae? ubi postulara haec legitur?* — Sed libuit aliquid dicere, quod alius nondum prouulserit. Imo vero proutulit Anonymus in *Re Litteraria Hungariae* pag. 24. verbis plane iisdem, quem Fabrius secutus est.

nequivuit: scriptorum opera compensare studuit. In vna certe Vrbe Florentina teste Brassicano, quatuor insignes librarios magnis impendiis alebat; quorum is vnicus labor fuit, vt omnes melioris notae autores et Graecos et Latinos exscriberent. Nicolaus vero Olahus vltro procedit. Inquit etenim d), audivisse se a maioribus Matthiam Regem dum viueret, aliisque semper scopo, quem Brassicanus retulit, triginta seruos amanuenses, pingendi peritos, quorum se plerosque illo mortuo nosse restatur. Praefectus his *Felix Ragusinus Dalmata* et ipse iam senex Olaho cognitus, qui non modo Graece et Latine, sed Chaldaice et Arabice doctissimus, praeterea in ipsa quoque pictura exercitatus sedulo animaduertebat, ne quis error, in libris describendis committeretur. Ingenteum horum hominum copiam fuisse, vel ex eo apparet, quod teste Hel-
taio e), triginta tria aureorum florenorum millia annuatim infun-
ferit in eos. Excellens liberalitatis Coruiniana erga litteras moni-
mentum! His itaque impendiis eum concessit thesaurum, quo
aetas illa praestantiore, selezionem atque forte etiam ampliorem
non vidit, nostra vero et ventura miratur et non sine intimo sensu
doloris, casum eius deplorat. Determinare quidem librorum nu-
merum Pflugius non audet; adiungit attamen, ad minimum quin-
quaginta Voluminum, Mspitorum pariter ac impressorum millia
adfuisse. Quicquid vero eius sit, copia erat, pro ratione temporis
amplissima, in primis verustate, raritate, pretio, et cultu externo
maxime conspicua. Ex vero haec confirmat Brassicanus l. c. inqui-
ens: *Inspecti libros omnes: sed quid libros dico? quot libros, tot*
etiam thesauros isthac inspecti. Diu immortales! quam iucundum
hoc spectaculum fuisse quis credat? — *Tantum erat hic antiquorum,*
graecorum simul et hebraicorum voluminum, quae Matthias
ille Rex capta iam Cpoli, everisque multis aliis amplissimis Grae-
ciae

d) In Hungaria sua Apparati Beliano ad Hist. Hung. inserta Dec. I. Monu-
men I. pag. 9.

e) Loco cit. pag. 168. ita ait: *Azon fellül meg építette a szép Librariát,*
azagy Könyvtárió hazaat. Es abba szörze ieles könyveket, mind Deac
mind Görög könyveket. Minden esztendőben harminc barom exer arany
förmintor költe az iró Deakokra, kic Görög országban és egyebütt könyveket
le irnac vala.



ciae urbibus ex media Graecia inaeſtimandis ſumtibus coemerat. —
 Tantum erat hic latinorum librorum et veterum et recentiorum
 (procultamen ablegatis omnibus ſophiſticis) ut nusquam alibi, quod
 ego quidem ſciam. — Vidiinus iſthie (id quod syllabo noſtro re-
 cenſere poſsum et oculata ſide) vidiinus integrum hyperidem cum lo-
 cupleriffinis ſcholiis, librum multis etiam cefibis redimendum.
 Vidiinus grandem librum Apoſtolicorum Canonum, Opus incom-
 parabile: vidiinus Theodoretum Cyreniem in Pjalterium integrum;
 vidiinus Chryſofomi, Athanazi, Cyrilla, Nazianzeni, Baſili M.
 Gregorii Nyſſeni, Theophani, Dorothei infinita opera. Vidi-
 nus Marcum Monachum, cognomento Anachoretam. Omitto
 poetas, oratores, philoſophos atque historicos, quorum hic immen-
 ſam vim inſpicere licuifet. Vidiinus auſtores graecos innumerabili-
 les, infinitaque in poetas fere omnes commentaria, nemini doctorum,
 aut paucis omnino antea viſa. — Neque vero ſatis videbatur Regi
 optimo tantum congeſſile theſaurum: niſi eum cultu etiam et ha-
 bitu extero celebratiffimum redderet. Itaque, quo forte etiam
 doctorum virorum venerationem augeret, ſedem eius poſuit in ar-
 ce sua Budensi, omni elegantiā, ad maieſtatem exulta. Duplices
 ei dicatae fuerunt concameratae, excelsae, et in apſidem curuatae
 aedes, triplici ex latere libris, quarta autem dupliči ianua, regi al-
 tera, altera hoſpitiibus admittendis ſervitura, duplique fenelra,
 et ordine eo inſtructae, quo Graecos altera, altera Latinos conti-
 neret Codices. Docet id ipſe Olahus I. c. inquiens: Qua itur ad
 ſtationem ex latere interioris Bibliotheca ad facellum D. Ioannis
 perforatum, unde Rex ſacrum audire conſuevit, duae obuiæ ſunt
 aedes concameratae: quarum altera voluminibus Graecis, — re-
 ferta erat: altera interior continebat codices totius linguae latinae,
 a primis rudimentis, ad arcem uſque omnium ſcientiarum. Sin-
 gulis ſcientiarum generibus, peculiares constituti auro reſplendef-
 centes foruli; quorum quemlibet velum ſericeum coloribus et auro
 in variam formam diſtinctum, in quo index disciplinae, ad quam
 libri illi reponiti ſpectabant, arcendo pulueri tegebat. In parte
 ima, quae pavimentum adtingit, collocata ſcrinia, artiſcioſiſime
 elaborata, quibus Volumina reliqua, quae in pluteis ſuperioribus
 deſtituebantur a loco, plura ſimul condebandur. Maximam partem
 col-

colligata erant membranis, serico obductis, fibulisque argenteis, auro lucidis, omnia autem Insignibus Regiis, gentilitio nempe Coruo, et Hungaricis instructa. Intus imaginibus magna arte pictis, tam Matthiae Regis, quam aliorum illustrium et doctorum Virorum, exornata magnificentiam vere regiam praese ferebant f). Quae dum praefens Brassicanus spectasset: *tunc certe, inquit, non in bibliotheca, sed in Louis gremio, quod aiunt, mihi esse videbar.* Praeter hanc, de qua hue usque actum est, alias quoque fuere bibliothecae, in diuersis Arcis locis positae, illa tamen multo inferiores: de quibus, cum scriptores taceant coaeui, nihil dicere habeo. Ingentem Mathematicorum extitisse instrumentorum, diuersarumque antiquitatum copiam, nemo facile, qui animum erga scientias has Matthiae nouit, ambiget. Ante bibliothecam construxit cameram in apside curuatam, ubi coelum universum, qua spectat ad austrum, conspicere licuit g). Huc globum spectasse coelestem a duobus geniis tentum non dubito, ad tempus electionis Matthiae in Regem Bohemiae compositum cum epigrapha h):

Cum Rex Matthias suscepit scepta Bohemiae
Gentis, talis erat lucida forma poli

§. XX.

Nihil iam addam de ingenti statuarum ex diuersis pretiosorum metallorum speciebus fusarum copia: nihil de variis venerandae antiquitatis, elegantiaeque et ingenii Coruiniani monumentis. Ad bibliotecas itaque reuertor, et antequam eas penitus,

L. 2

de

f) Videatur Nic. Olahus l. c. Brassicanus l. c. omnesque reliqui hic facientes scriptores: Qui iconisnum splendoris huius librarii spectare cupit, Lambeccum adeat in *Commentarius de Biblioteca Auguſta Vmbo-bonensi Lib. II. Part. II. p. 994.*

g) Bonfinius l. c. pag. 631.

h) Narrat Henricus Ranzow in Catalogo Excellentium Astrologorum, Baronem ab Vngnad Maximiliani II. ad Portam Otoman. Legatum an. 1572. (1573. legendum est) Budae globum hunc inter rudera invenisse.



deseram, de ruinis earum et reliquiis perpaucā addam. Non diu
eae post parentis munifici fata, saluae subsisterunt. Toto Vladis-
lai II. et Ludouici II. imperii tempore, ad cladem usque Mohatsia-
nam, vix, quod de fortuna ipsarum dicas secunda, habeas. Quin
potius, multis patet indiciis negligentius habitas et de flore pristino
remittere pedentem coepisse. Maius exceptione praebet testimoni-
um Vrsinus Velius, qui ait a): *Praecipuum inter haec (aulae
Budensis magnificentiae genera) ornamentum Bibliotheca altissimo
fornice a Matthia Rege sumptuosissime comparata, ac omnium lin-
guarum libris praecipue gracie ac latinis selectioribus reserta, quam
complures bibliocleptae postea expilarunt, rege Vladislao ac filio,
ut aliarum rerum negligentibus, ita et conseruandas rei incompar-
abilis parum studiofisis.* Et sane ea videtur in regiam inuestigata con-
suetudo; ut si insigne veller Rex eruditis (id, quod saepe siebat)
facere donum, in bibliothecae inuolare tur sacrarium. Assertum com-
pluribus potest probari exemplis. Vnum alterumque in praesens
compendii caussa afferam. Illustris KOLLARIVS ad locum
Velii supra laudatum nota i. elegantissimum ait adesse in Bibliotheca
Augusta Viennensi Codicem Philostrati Opera a Bonfinio in lati-
num conuersa continentem a Ioanne Gremperio olim possesum, qui
heni sui manu adscriptum habet: *Mihi hunc librum dari iussit se-
renissima Regia Maiestas Hungariae et Bohemiae Vladislaus in
praesentia D. Wolfgangi Pulsperger Camerarii intimi et Generosi
Stephani de Zinzendorf an XIII. penultima Decembris.* Illud
ipsum docet Bohuslaus Haffensteinius de Lobkowitz, qui liberalita-
tem hanc Vladislai erga se laudat, et exmissionem Georgii Trapezun-
tii Librorum contra Platoneum ab Augustino Olomucensi, cuius cu-
rae tum videtur bibliotheca communissa, postulat inquiens b):

Codice me Regum donauit maximus, alti
Dogmata qui lacerat vesano dente, Platonis.

Hunc

a) In *Historia de Bello Pannonicō* Opera Illustris Confiliarii Adami Francisci
Kollarri Viennae an. 1762. edita p. 16. in 4.

b) Vide Commentationem supra laudatam de Augustino Olomucensi pag.
137. Id dicendum videtur de Plutarchi quoque Operibus, quae
Haffensteinius frequenter ab Augustino efflagitabat. Vide sis *Lucu-
brationes Orator. Bohuslai Haffensteini* pag. 94. 99. 104. 109.

Hunc mihi, si saltē non dēsignare precantem,
Augustine, velim'mitti, quo scire queamus
Nos quoque, quanta noui fuerit dementia monstri.

Simile pariter est elogium Ludouici apud Brassicanum l. c. *Interea tamen*, inquit ille, *animum meum utcunq; consolari soleo, qnōd ex munificentia atq; liberalitate, optimi Regis Ludouici quosdam Graecos auctores confectus sum, nec protritos, nec etiam aspernandos.* *Id quod, ubi in lucem fuerint editi (quemadmodum diis bene volentibus edentur breui) res ipsa indicabit.* Hos, si non omnes, plerosque tamen fuisse, quorum editionem paullo post promittit, non dubito, vt pote: Chrysostomi diversa in Sanctos encomia, Origenis Librorum epitomen per Gregorium Theologum et Basiliū M. digestam, Seueriani Gabalorum Episcopi in Genesim Concciones XIV, Gregorii Nissenii in Genesim Enarrationes, Basiliū M. Hexaemeron integrum, Nazianzeni Basiliique, et Philonis diversa, Procli, Ioannis Philopeni Grammatici et Manuelis Moschopuli Commentarios in Hesiodum, Iamblichum Chaleidensem de rebus Pithagoricis eiusque Orationes protrepticas, Nicomachi Arithmetica et Geometrica, aliaque complura. Multum itaque Bibliothecas has tum iam a flore pristino amisisse, quis non videt? Quae vero mala, prodromus totalis euerſionis earum a Turca post illatae, fuere. De qua iam paucis dispiciendum. Plerique omnes, qui de eis memoriae prodiderunt, subuersionem hanc ad annum 1526. cum, pōst cladem Mohatsianam Solimannus Budam incolis panico terrore perculis vacuam cepisset, referunt c). Sunt tamen alii, qui fatum hoc earum ad an. 1521. capta, mortuo Ioanne de Zapolya, astu vrbe, collocant. Nituntur hi eo in primis fundamento, quod omnes scriptores referant, Solimanum anno 1526. vrbe licet foede exulta, arcī tamen pepercisse d). Salua itaque ar-

L 3

ce,

c) Brassicanus l. c. Olahus in Chronico breui et Hungaria sua Apparatus Beliano Dec. I. Mon. I. inserta p. 39. Ab his defūserunt alii.

d) Est pro sententia hac Auctōr sub F. X. S. A. latens l. c. §. XII. p. 38. qui tamen in eo nimius videtur, quod coaevis scriptoribus omnem fidem ab iudicare intendant. Brassicanus certe Viennae existens atque Olahus



ce, saluas concludunt bibliothecas. Est inter hos Martinus quoque Schaeleus iam coaeus, qui postquam urbem expilatam, flammasque tectis subiectas in *Ruinis Pannonicis Libris IV. comprehensis Vittebergae an. 1571. in 4. impressis*, memorat; interitum bibliothecae ad hunc annum deplorat:

Hic et Coruini totum cantata per orbem
Bibliotheca perit, non sacra volumina Patrum
Effugere rogum, serpens neque flamma pepercit,
Causticis Baldi tricis, nil scripta Galeni
Huicce malo auxili medicanime plena tulere.
Eheu! quam multo parti sudore labores
Impensisque, vna perierunt turpiter hora.

Mihi perpensis fententiae vtriusque argumentis, vero videtur simillimum, vice neutra, rapaces effugisse hostium manus, miseram. Anno etenim 1526. etsi quidem igne in arcem non saeuit tyrannus; non temperasse tamen sibi a rapinis, iam statuae illae tres nobiles, quas Constantinopolim deuehendas, in hippodromo collocandas curavit, condocent. Et quo modo potuisse avarissimum hominum genus volumina aureis argenteisque inuoluta laminae relinquere intacta? In quantum tamen malum id se extenderit, nemo determinabit. At, illatum tantum non esse, vt initio fama ferebat, et sulpicax scriptorum arripiebat animus, lubens admitto. Maiorem saltum his eos, qui vel biennio illo, quo Ferdinandus Budae rerum potitus est e), vel in altera a Solimano urbis inuacione,

Olahus licet remotior in Belgio, facile haec scire poterant. Multi etenim eruditii Viri post discensem Solimani Budam redierunt, damnaque a tyranno data spectauerunt, a quibus illi, si non ipsi viderunt, cognoscere poterant.

- e) Multi eius, dediti litteris Autlici urbem hanc id temporis negotiorum Regis causa adire solebant; quos non recessisse vacuos, si quid mercium huicmodi asportari poterat, facile est diuinare. Re vera autem ita factum esse multis exemplis, in primis a Ioanne Fabro magna apud Ferdinandum auctoratis, tum patratis docet laudatus F. X. S. A. in citata *Dissertat. de Bibliothecae Budensis, Ortu, Lapsu, Interiu et Reliquis p. 46. litters. b)* cet.

fione, atque temporis successu, diuersis tempestatibus perierunt, constituisse numerum, pro certo fere sumserim. Quaenam fata reliquias has sesqui fere seculo, donec Turcicam cum vrbe cogentur ferre tyrannidem, manerint: diuinabit quisque facile, qui barbarorum erga litteras meliores perspexerit studia. Lambe-
cius auctor est, in antrum quoddam, ausu nefando detrusas negligenter habitas, licet ne Christianis paterent omni industria immo pertinacia clausas, situque et puluere obduetas murium et tinearum escam fuisse f). Tanto itaque magis non docti modo, sed Principes etiam viri, omni adnisi sunt studio et liberalitate, quo has barbarorum perrumperent catastas: vel, id si nequirent, residuas ex naufragio tabulas per Hungariam, Graeciamque disie-
tas colligerent. Qui prius hoc tentarunt, maximus est, L E O-
POL DVS ipse M. Imperator, qui per Leslaeum Comitem, suum Cpoli Legatum, emancipationem earum, enixissime, frustra tamen contendebat g) atque prius iam Petrus Pázmány Cardinalis et Ar-
chiepiscopus Strigoniensis 30 florenorum millia, genus hominum ceteroquin avarissimum, si posset emolliturus, successu tamen iti-
dem nullo λύτρον promisit h). Multo vero illi feliciores, qui mo-
do,

f) Vide haec fuse narrantem Lambeциum *Commentariorum Bibliothecae Aug.*
Vindobon. Lib. II. Cap. IX. Paull. Taffernerum in *Descriptione Lega-
tioris Comitis Leslae Constantinopolim an. 1665. p. 15.* atque ex his Cel.
Belium in *Litteratura Hung. Scythica p. 44. seq.* et *Noticia Hungariae
Tom. III. §. 62. 63. p. 365.* Interim non est in proutu, quando-
nam, qua de caufa, et a quo libri hi in cryptam illam reconditi
fuerint? Vero eft simile, incendio faciente, (quae frequenter Bud-
enes, in primis an. 1666, arcem, vti Krekutzius in *Descriptione
Hungariae pag. 538.* docet, horrende vexarunt) eo abiectos, ne-
que vnquam post a barbaris protractos loco debito restitutos fuisse.

g) Post diuersas Turcarum tergiuersationes, vix id Legatus obtinere po-
tuit, vt Lambecio, quem Imperator Budam capropter miserat, adi-
tus ad antrum hoc patuerit. Vide eundem Lambeциum l. c. et Taf-
fernerum l. c.

h) Discrepant in determinanda pretii promissi quantitate scriptores. Lo-
maierius in *Opere de Bibliothecis p. 157.* et Pfugius l. c. probabili-
ter rumore populari illud metiti, 200000. Thalerorum adsignavit. Cl.
Fabrius l. c. p. 16. §. XI. incredibilis dictu! totidem millia nummum
aureorum tribuit. Probabilius est, quod Anonymus in *Re litteraria
Hungariae pag. 27.* de 30000. florenorum rhenensium loquitur. Quod
ipsum



do, saluti earum occurrabant posteriori. Horum ex numero sunt, Ioannes Cuspinianus, Ioannes Faber, Ioannes Sambucus decus Hungariae immortale, quorum pleraque haec cimelia palatinae Viennensi, sunt illata bibliothecae i). Quinimmo nec Principes et heroes scrutari has gemmas, infra dignitatem suam positum, sunt arbitrati. De Augusto Duce Brunsuicensi, Couringius in Epistola, de Bibliotheca Guelpherbit. ad Boineburgium haec scribit: *In quorum (Codicum MSS. variis generis) conquistione, etiam illam felicitatem sibi contigisse impense laetatur Princeps optimus, quod, dum ardua Sereniss. Domus negotia, Rudolphum II. et Ferdinandum II. Imperatores Vindobonae adire compulissent, in Hungaria laciniam celeberrimae quandam bibliothecae Matthiae Coruini sibi comparare, quamvis magno aere concessum fuerit k).*

Facile

ipsum calculo suo accurato approbat Nicol. Schmitt V. C. in *Archaeopiscopis Strigonienibus Tom. II. p. 114.* ex eo vero F. X. S. A. l. c. pag. 51. lit. c).

- i) Alii inter quos etiam laudatus F. X. S. A. pag. 50. Busbequium quoque inter Collectoros hos referunt. Vix tamen doceri poterit. Saltum inter eos, quos a Busbequio Bibliothecae Viennensi transcriptos reensuit Lambecius, vix vilius est, qui indicium quoddam Bibliothecae Budensis, praecipue Insignia Coruiniana, qui est character libros hos ab aliis discernendi, quibus omnes signati fuerunt praecipue opportunus.
- k) Catalogum omnium Corumianorum, quos Guelpherbitana, munificentia huius Principis, tenet, dedit landatus Pflugius l. c. in appendice. Neque tamen omnes ea, quam Couringius praedicat, ad manus sereniss. Postlefforis deuenerunt, post cladem Budanam via. *Stellarium Iuannis Tolboff, Martiae Regi inscriptum*, quod de motibus planetarum et stellarum fixarum secundum Copernici (vti Cl. Burckhardtus loco mox citando inquit, quanquam vt id fieri possit, chronologia non patitur, cum Copernicus anno natus sit 1472.) hypothesim agit, codex membranaceus splendidissime exornatus, a sereniss. Marchione Onoldiensi Sophia, Georgii Friderici vidua, nata vero Principe Brunsuicensi, dono ei datus est: quod quidem ipse Princeps Augustus manu propria in fronte libri testatus est. Hoc ipsum, suspicatur Jacobus Burckhardtus in *Hist. Bibliothecae Augustae Wolfenbütt. Lipsiae 1744. typis Breitkopfianis excusae Tom. I. p. 101. litt. b)* de Operibus Fontii Codice pariter pergameno, ferico raso rubro inuoluto, et variis picturis, inter quas ipsius Matthiae insignia, Fontii, aliorumque icones, exornato: ego vero de Alexandri Cortesi Poemate de Landibus Martiae bellis, quod deuenisse in bibliothecam Georgii Marchionis Brandenburgici Onoldiani



Facile vero industriam reliquorum, si non superauit, saltem aequauit Carolus Franciscus Comes Marsiglii, qui ingentem Turcorum, Arabicorum, et aliorum Orientalium Codicum copiam praesens in expugnatione ultima Budae conquissuerat 1). Atque ita in-

ter
ni ex Budensi, Vincentius Obsopaeus auctor est in dedicatione ad Sebastianum Hallerum, editioni poematis huius an. 1531. praemissa. Modum vero delationis librorum horum, et uti proclive est suspicari plurimam etiam Onolsbachum concipiet quisque, qui sciuerit, Georgium cognomem Pium laudati Georgii Friderici patrem, Ludouici II. Regis Hungariae Tutorem, Vladislai vero patris ex forore Sophia ne-
potem fuisse. Facile itaque a Regibus his in bibliotheca, ut supra dictum, dissipanda, profusis, quos cupiebat, accepit. *Marsilius* vero *Ficini Epistolas* delatas eo esse dono Thomae Lansii Professoris Tubin-
genis, ex litteris eius ad Principem Augustum an. 1613. d. 15 Martii scriptis patet, quas vide apud Burckhardum l. c. Tom. I. p. 101,
et Tom. II. p. 169.

- 1) Quatuor aureorū millia obtulerat pro Msptis his filio Ludouico Ferdi-
nando, Imperator Leopoldus, antequam ob res Brisaci male gestas
gratia eius excidisset. Possidet nunc thesauro hunc, Institutum scien-
tiarum et Artium Bononiense, ab ipso Marsiglio an. 1714 fundatum.
Vid. Keysler's *Neueste Reise durch Deutschland, Ungarn, Böhmen,*
die Schweiz, Italien cet., Tom. II. p. 531. Complures huius speciei
libellos per Europam dispersos, in bibliothecis publicis et priuatis
conseruari, a diuersis monitum est. Ex multis quasdam, quae suc-
currunt notabo. Tenensis Academica, Codicem membranaceum sub
titulo: *Baptistae Guarini libellus ad nobilem adolescentem Masseum Gam-
balim, de Ordine docendi et studendi possidet.* Gymnasium Euangeli-
Thorunense Naldii de Laudibus Bibliothecae Budensis *Carmen* a multis
iam adequare descriptum. Lipsiensis Senatoria gloriatur praefantissi-
mo et quantum confitat vno in orbe, Constantini Porphyrogeniti de
ceremoniis Aulae Byzantinae Lib. II. quem ex Budensibus est. Viri erudi-
ti non sine fundamento suspicuntur. Vid. Ioan. Frid. Iugleri Biblio-
thecam Hist. Litter. Struuianam lenae 1754. Tom. I. p. 522. Noluit
cimelion hoc inuidere eruditis Illustris Macouius. Itaque stimulauit
ad opus rarissimum edendum, Ioan. Henr. Leichtum graecas linguae
et humaniorum litterarum egregie peritum. Qui cum Operi immor-
tuus fuisset, negotium reliquit confidendum Ioan. Jac. Reiskiu V. C.
cuius industria Tomis II. in folio, notis criticis et historicis vtriusque
instructum prodidit. Mabillonius porro in *Itinere Germanico* ex edit.
Fabricii pag. 6. testatur, Velantione apud Abbatem Boisettum plures
extitisse Codices ex Budensi, in Granuellanam translatos, e. g. *Laetan-
tii de Religione, Titi Luui secundum Volumen* ex tribus, quorum duo re-
liqua ex Exemplari Florentino desumpta sunt an. 1452. Cf. Cl. Ingles-
rus l. c. Tom. I. p. 178. Berolinensis Regia possidet *Sueronium*: Ele-




ter praeclaros hos Virorum eruditorum contentiones illuxit sydus illud felicissimum, quo gloriofissimis L EOPOLDI M. anno 1686. auspicis, Buda Turcis erepta, quicquid hic loci fuit reliquiarum in Imperatoris deuenit potestatem m). Quam vero infra spem comparuerint eae tenues, Catalogus ab illustri Pflugio vulgatus docuit. Vix trecenti numerabantur, iisque etiam plerique perexigui vñs: qui vero proximis illico, ab expugnatione vrbis diebus Vindobonam deuecti Palatinaeque bibliothecæ illati, securum reperierunt salutis asylum.

§. XXI.

Etoralis Dresdenis *Isidorum Hispanensem* (in cuius prima plagula Insig-
nia Hungariae cum Coruo Matthiae, in ultima sequentia conspiciuntur
verba: *Ioannes M. Cynicus fieri curauit*) aliosque triginta numero
circiter, omnes Codices Mipt. Coruo Matthiae insignitos, Coronen-
sis in Transilvania; itidem Miptos complures habuit: qui tamen an.
1689. ad vnum omnes, vti me GEORG. DRAVDTIVS V. C.
Gymnaſii Coronensis Rector docuit, sunt incendio deleti. Cf. Ioan.
Graffii Traſiluanii *Difſertatio de Transilvania*. Altortii 1700. pag. 28.
Neque dubito plures in Coenobiis, vel alii bibliothecis priuatis late-
re: in re tamen obcura, nihil dicere certi habeo.

- m) Neque tamen hic, dum iam proximi ad portum fuissent rabiem effuge-
runt militum. Docet hoc Pflugius l. c. inquiens: *Non vanus rumor
nobis rerulit, milium* (inter quos fuisse Mariglium ipsum supra lauda-
tum, libri arguunt) *rapaces manus non abstinuisse ab hoc qualicunque the-
sauro. Nec illud negauerim, quodam Turcas eruditos proprium in vñs
codices nonnullos exinde in musea transtulisse, qui postea in praedam mili-
tum gregariorum ceſserunt.*
- n) Scripterat id iam olim occasione, quam supra retulit Lambecius: vix
tamen vlli persuadere poterat. Quin potius plerique suspicabantur,
eum, situ, puluere et squalore, quo cooperitos eos fuisse scribit, de-
territum diligentiam in perforantibus voluminitibus debitam non adhi-
buisse. At vero rem ita habuisse, docuit euentus. Obferuandum interim est, Catalogum librorum in expugnatione Budae ultima reper-
torum, quem Pater quidam e S. I. Missionarius apud Legionem Sal-
mianam campestris primis illico diebus confecit, Pflugius vero l. c.
euulgauit, non meros, qui a Matthia bibliothecae illati fuere libros
continere; eum post eius aetatem, imo iam forte Turci Budae rerum
potentibus, alii, qui aetatem non ferunt Matthiae admixti sint. Ta-
les sunt: *Ambroſii Calepini Dictionarium, Erasmi Adagia, Lutherus ad-
versus Decreta Conciliorum, Ponitſcumque*. Quid statuendum sit de Bi-
blis Hungaricis dubius haereo. Licet etenim plerisque Verſio non sit
cognita, Veteriſor Caroliana, quae, non vt F. X. S. A. l. c. p. 36.
litt. b) ait in eunte ſeculo XVII, neque primo editore Molnario Fran-
cofurti, fed Viſolyini prope Caſſouiam an. 1589. typis Valentini Man-
ſko-



§. XXI.

Praefectorum postremo, quibus bibliotheca haec, saluae dum res fuere, curanda est concredata, vindicanda memoria. Quanto nempe magis intendebat Matthias, quo Opus suum, non cultu solum externo, nitoreque, sed bonitate etiam, selectu, immunitate que a sphalmatum maculis evaderet insigne: tanto diligentiori prouidebat opera, ut viros vndiquaque doctissimos, qui muneri cum dignitate sustinendo pares forent, thesauro huic praeficeret. Quod sane affatim est assecutus, si ab iis, quos nouimus, ad reliquos concludere licet. Primus omnium, vel saltim, quorum nomina, ad memoriam nostram peruenierunt *Galeotus Martius Narniensis Italus fuit a*) Vir corpore obesus, ingenio tamen elegans et facetus, ideoque Matthiae Regi carissimus. In Hungariam veniens, inter familiares primo Ioannis Vit zii Archiepiscopi Strigonienfis versabatur, atque quod probabile, Strigonii bonas litteras do-

skowitz, sumitus suppedantibus Magnatibus quibusdam Reformatis inter quos praecipius Comes Stephanus Bathori, ab ipso Carolyio est procurata; tamen non id ab ingenio Matthiae abhorruit; vt tanto beneficio opera aliquius eruditus, Hungaros suos beasfet, typisque Budensibus exscribit curasfet. Ino vero certum est, iam prius Ladislauus Bathori, qui deferto (vt aiunt) seculo, in claustrum S. Laurentii prope Budam fecellit, ibique anno 1456. mortuus est, ex Vulgata, Biblia integra hungarice, quod laudatus Draudtius percrispit, transtulisse. Cf. Petri Bod *Historia Versionis bibliorum Hungaricae*, patrio idiomate scripta. Sed de Budensi hoc exemplo, dubium tolleretur facile, si libri inspi- ciendi daretur occasio; quo actas eius ex typis, aliisque notis criticiis, etiam si annus editionis deficiat, sub examen vocari possit. Si Viri hu- ius laudati *Athenae Hungaricae* ad manus forent, forte plura ad scopum meum elicere possem: quemadmodum et iam de scholis cum aliis, tum Claudiopolitana, et Coronensi Dominicanorum Matthiae actate, ex quarum illa prodit, Nicolaus de Mirabilibus, hungarice Tfuda Miklós, de quo supra, ex hac vero, seculi iam XVI. initio Hontherus et Wagnerus, viri clarissimi et doctissimi.

- a) Vitam eius vide descriptam apud Paulum Iouium, in *elegiis Virorum eruditiorum clarorum*, ex hoc desumpti F. X. S. A. l. c. pag. 18, ubi etiam crisi subiecti, quae ab aliis falso de eo dicta sunt. In eo tamen labitur quod l. c. pag. 17. Thadaeum Vgolettum, Galeotum in praefectura hec praeponat: cum tamen certum sit, Galeotum, ut in dictis et factis sapienter Matthiae Cap. XXVII. ait, non diu, post calum Ioannis Vitezii, qui anno 1471. euenit, aduolasse ad regem. Vgoletum vero teste Naldio, in laudibus Biblioth. Bud. edit. Beliane pag.



cuit b). Vocatus post ad Regiam, Bibliothecae praefuit, et forte Ioan-
nem Ducem Liptoviae instituit c). Redux circa annum 1487. in pa-
triā, ad montem Anianum circa Ateste aruina suffocatus inte-
riū d). Opera eius, quae ad scopum meum spectant sunt sequentia:
1) *De Homine Libri duo*, ad Ioannem Vitézium Archiepiscopum
Strigonensem scripti. 2) *De Incognitis vulgo Liber*, post Mat-
thiae Corvino inscriptus. 3) *De egregie, sapienter et iooose dictis et factis Matthiae Regis ad inclytum Ducem Ioannem eius filium*. Secundus est Thaddaeus Vgoletius Parmensis e), a Matthia
ad docendum Principem filium euocatus, cui curanda (post discessum Galeoti reor) bibliotheca quoque tradita est. Superavit aeta-
te Matthiam et redux in Italiam editione auctorum, donec more-
retur, occupabatur. Postremus sub Matthia est Felix Ragusinus
Dalmata f), Graece, Latine, Chaldaice et Arabice doctissimus g).

Vla-

597. §. IV. post Nuptias cum Beatrice anno 1476. celebratas euoca-
tum fuisse. Neque videtur Vgoletius scopo curandae bibliothecae
primum in Hungariam euocatus; quanquam temporis successu, hanc
eius operam fuisse, verum sit; cum laudatus Naldius solum dicat:

Pannonias doctas sese Thaddaeus in oras
Contulit; vt puerum caperet: qui regius esset
Filiu, humque docens satis inflamareret ad artes
Ingenias —

- Suspicio autem non abs re, bis Galeotum in Hungaria fuisse. Primum
apud Ioannem Vitézium Archiepiscopum Strigon. cuius se familiaritate
diu usum esse ipse dicit l. c. Cap. XXX. Redit interea in Italiam, ibi-
que Opus de homine, vti ex Epistola nuncupatoria ad Vitézum patet,
et id quidem anno 1471, immediate ante casum huius Praefulii com-
positum. Vid. laudati opusculi edit. Baſil, an. 1517. p. 36. Mortuo
Vitézio Vitaeque discriminē ob librum de Incognitis, superato, vti l.
c. Cap. XXVII. testatur, ad Matthiam, cui eum possea dicauerat, mu-
nus bibliothecarii auspiciaturus, confugit.
- b) Retur hoc Sigismundus Torda in Epistola Nuncupatoria ad Maximilia-
num II. Imper. libro Galeotti de Dictis et Factis Mathiae praemissa.
- c) Idem ibidem, atque ex eodem libello primum est colligere.
- d) Vid. Iouius l. c. Apparasse eum rediutum circa hoc tempus, Matthia sub
iugante Austria, ipse Galeotus docet l. c. Cap. XXVIII.
- e) Naldus Naldius l. c.
- f) Videatur Nicolaus Olahus supecius laudatus in Hungaria sua l. c.
- g) Inter bibliothecarios hos, multi referunt Bartholomeum quoque Fon-
tium. Frustra. Non ille Hungariam, tanto minus bibliothecam Cor-
vini usurpauit oculis. Saltim nemo huicdum testimonio firmauit, Lau-
datus

Vladislao regnante, Augustinum Olomucensem, munus hoc administrasse, supra sum iam suspicatus. Complures sane ex bibliotheca hac libros, cum eruditis communicatio passim legitur: quod fieri vix potuisse, nisi ut custodi aditus ad eam liber patueret h). Hunc qui exciperet, vix constitutum fuisse, more Vladislai et Ludovici negligenter habendi bibliothecam, ut credam adducor facile. Saltim nullam eius reperies mentionem. Nisi forte cum Seuerino Sculteto superius coniectante, Vitum Vinshemium, aut Simonem Gynaeum ad eandem classem referas.

§. XXII.

Secunda numero Matthiae periodo bibliotheca est Ioannis Vitezii Strigonensis, eruditis id temporis celebratissima. Laudatus nempe praeful, ut in aliis, ita in bibliotheca quoque instruenda ornandaque, Regem suum aemulatus, tantam breui concessit, ut cum praecipuis pueratarum extra Hungariam quoque certare de principatu potuisse: eamque in arce Strigoni magnifico ab eo opere exulta, constituit. Scriptorum Graecorum et Latinorum ingentem completebatur numerum. Cultum externum, repositoria et ebore et ebano atque auro fulgentes declarabant a).

M 3

piestu-

datus F. X. S. A. l. c. pag. 21. litt. b) adducit Lomeierum in Operे de Bibliothecis, et Menkenium in notis ad Vitam Angeli Politiani p. 74: testes oppido minus insufficiens, cum aliis genuinis non nitantur. Videntur sibi Viri celeberrimi imponi passi esse a Georgio Remo, qui Operibus Fontii Francofurti ad Moenum anno 1621, a fe editis sequentem praefixit titulum: *Bartholomaei Fontii V. C. Familiaris Martia Regis Pannoniae Opera*, atque id ipsum in dedicatione ad Augustum Duxem Luneburgens. repetit: illud tamen ex Operibus ipsis non appet. Imo ex epifola nuncupatoria ad Matthiam Corvinum Thaddaeo, seu locis quibusdam Persianis retractatis praenissa appetet, Opusculum hoc Florentia ad Regem esse exmisum.

b) Iam supra obseruaui, Lobkowitzio, Georgii Trapezuntii libros contra Platonem, a Rege Vladislao per Augustinum datos fuisse. Ita Joach. Vadianus edidit Argentorati anno 1513. Cardinalis Beffarionis Orationem de SS. Eucharistiae sacramento et quibus verbis Christi Corpus perficiatur, atque eiusdem Epistolam ad Graecos, vtramque ab Augustino secum communicata, quarum illam, e puluerulentis Pannoniae bibliothecis, hanc vero ex Budensis regiae libro sincerae fiduci eruerat, recentente Lambachero V. C. in Biblioth. antiqu. Ciui. Viudob. Tom. I. p. 103. Coll. F. X. S. A. l. c. p. 30. litt. b).

a) Vide de his Bonfinium l. c. pag. 569. Georgium Pethö in Chronico Hunga-



picturae generis, eo maiorem conciliabant loco elegantiam. Bonfinius id ita describit: *Triclinium in arce amplissimum euexit; prominens vero ante triclinium e rubro marmore ambulacrum, cum duplici podio et superbissimum extrusit. Ad triclinii caput Sibyllarum facillum e fornicate opere acuminatum statuit, ubi Sibyllas omnes connumerare licet. In triclinio non modo omnes ex ordine Hungariae reges, sed progenitores Scythicos cernere est.* Inter hos sequentes quoque effigies apparabant. Primo loco visebatur imago regia in throno dormitans; altero, imago quoque regia, cuius ante pedes ignes diffusi vrebant, enecabantque mortales: tertio, duo viri luctantes pro Corona Hungariae; quarto denique diadema cidari involutum b). Omnia tamen haec doctrinae Vitéziana monumenta, eundem cum Budensibus, quanquam paullo tardius sunt sortita euentum, Turcis vrbe anno 1543. capientibus c). Vnius porro

Hungariae idiomate hung. scripto. Anonymum in re litteraria Hungariae pag. 27. Galeotus Martius Lib. II. de Homine ita de hoc Praefule et bibliotheca: Non referam, quantis impensis construxerit illum omnibus fere mortalibus celebrem Bibliothecam, in quam omnium disciplinarum monumeta congesit.

b) Vid. Péthö I. c. et Nicol. Schmith Archiepiscopi Strigon. compendio dati Tom. I. p. 271. seq. Non pauca quoque instrumenta mathematica possedisse tantum Matheleos cultorem, a celeberrimis Mechanicis, in his a Joanne Regiomontano fabricata, nemo negabit. Huc referendus *Gnomon seu Quadratum Geometricum* ab Andrea Peurbachio constructum; cuius etiam fabricam, Canonesque et Tabulam hic, ad illius usum conscripsit, transmisitque. En Praefationem Purbachianam ad Vitézium: *Gnomonem, quem dudum fieri postulabas optime Praestulum, ligno factum accipe. Post, si voles, ex metallo fieri alter, usui facilior, aptior et accommodatior. Nam illo iam perfecto, dum eius usum exercerem in altitudinibus considerandis, via venit in animum, qua facilius effici potest opus, atque magis accommodatum. Exercituum enim est, quo reddimus doctiores. Nunc tamen donec alter absoluuntur veniet, ligneo contentus sis, cuius compositionem, usumque hec volui describere. Fiant primum cert.* Vide Vitam Peurbachii Auctore Petro Gassendo Operum Tom. V. p. 520. Cupiebat Virum hunc eruditissimum quoque, ad aulam suam pertrahere, tum adhuc Episcopus Varadiensis Vitézus, amicus Peurbachii cordatissimus, sancte obtefactus, fore sibi omnia penitus cum eo communia: is tamen seu Academiae Viennensis amore, seu alia de causa, non se dimoueri Vienna passus est. Cf. Gassendus I. c. pag. 521.

c) Nihil de reliquiis eius uspiam memoriae proditum reperio. Ad hanc tamen

porro reperio fieri mentionem Varadini episcopalibus a Iano Pannonio, in Operibus eius edit. Budensis pag. 306. discedens illinc Strigonium, auunculo Vitézio ad archiepiscopen hanc promoto, ita valere iubet inter alia bibliothecam:

Omnis sub niue dum latet profunda
Tellus, et foliis modo superbum
Canae dum nemis ingrauant pruinæ,
Pulchrum lînqueret Chrysum iubemur,
Ac longe dominum volare ad Istrum.
Quam primum o comites viam voremus.

Ac tu Biblioteca iam valeto,
Tot claris veterum referta libris,
Quam Phœbus Patara colit relicta,
Nec plus Caſtalius amant recessus
Vatum numina Mnemonis puellæ.
Quam primum o comites viam voremus.

Atque haec sunt, de quibus cum certitudine dici potest, periodo Matthiae, bibliothecæ. Et quanquam non dubitem, alias quoque complures in regno instructissimas fuisse (quis etenim sibi persuadeat, doctissimos illos episcopos Vrbanum Doczy Agriensem, Thomam Erdödi Laurinensem, Nicolam Bathori Vacensem, Ioannem Bohemum Varadiensem, Ianum Pannionum, Ladislauum Vitézium, Ecclesiæ Cathedrales, aut monasteria aliosque eruditos Hungaros bibliothecis caruisse, neque se Regis ad exemplum Archique Praefectus compoſuisse): quia tamen nihil ad nostram

tamen merito referendi plerique ii, (omnes dicere non possum, cum ex aliis priuatis prouenire potuerint) qui ex hungaricis spoliis, vindicati, neque tamen insignis Corviniani notati sunt. Id ut dicam de Codice Mpt. de quo Comaromii anno 1687. viso Iacobus Tollius in Epistola Itineraria V. p. 148. facit mentionem, ob cultus libri exteriorum luxuriam, quales Strigonenses fuisse aiunt, propendeo. Ita vero Vir Cl. postquam templo Vrbis huius, quæ praefens spectauerat enumerasset, ita pergit: *Quartum (templo) est Rascianorum, in quo gemmis et auro preciosissimus et vetustissimus sacrae Scripturae Codex Graecus adseratur, cuius antiquitatem falso licet, ad ipsa Apostolorum tempora referuntur. Dignus omnino, si adhuc superstes, qui notior orbi eruditio, reddatur. Cf. de eo Cel. Christophor. Matth. Pfaffii *Dissert. de Genesi Noni Testam. Lectionibus infra Syntagmari Dissertationum eius Theolog. Stuttgartiae 1720. in 8. p. 85.* qui tamen in eo labitur, quod ait, in oppido S. Martini prope laurinum eum existere, non accurate epistola Tollii quam allegat inspecta.*



stram eorum peruenit memoriam; tacere, quam meris niti coniecturis malui.

§. XXIII.

De Typographia iam, quae sub Matthia ornabat Hungariam, dicendum vltimo a). Auctōr eius vel saltim mandato Regis ad minister instruenda fuit Ladislaus Gerebus Consobrinus Matthiae, eique ab epistolis, qui euocato circa annum 1472. ex Italia Andrea Heff Typographo, artem hanc Budac exercere iussit. Seruauit beneficij huius memoriam ipse Heffus in epiftola nuncupatoria ad Ladislaum Chronico anonymi, quod vulgo *Budense* ab impressionis loco dicitur, praemissa. Quia vero liber est rarissimus b) atque, vti ex ipsa hoc epiftola patet, eorum, qui ex hac officina prodierunt primus, et forte qui hodiernum extant, solus; non me ingratam rebar praefitum lectoribus operam, si eum curatius paullo recensuero, totamque epiftolam hic loci inferuero. Ita vero Heffus:

„Ad venerandum dominum Ladizlaum prepositum ecclesie Budensis prothonotarium apostolicum; nec non vicecanceliarium serenissimi regis Mathie in chronica Hungarorum Andree prefatio. Cum superiori tempore venerande domine in latio versarer: videremque quanto emolumento ac decori hominum generi hi viri forent: qui

,magnō

a) Falsum est itaque quod auctor *Rei litteriae Hungariae* pag. 30. inquit: *Nona ergo ista (ars Typographica) primum in Germania reperta — tandem in Hungariam delata est sub finem sexti et decimi seculi, aut initium sequentis, haereticorum (si dis placet) forte opera, qui vi plures errorum suorum (Religionem Euangelicam intelligit) libros commodius in populum spargerent, bac arte vrebantur.* Interim plures extitiffi sub Matthiae imperio in Hungaria, dicere nequeo. Tanto vero plures post Reformationis tempora. Seculo iam XVI. Neofolii, Alfo Linduae, Clepregini, Keresztrurini, Sáruarini, Szicini, Tyrnauiae, Nemetvayrini, Viszegintini, Samariae, Rabkini prope arcem Detreskö, Papae, Visolyini, Bartphae: XVII. Solnae, Posonii, Trenchinii, Galgocini, Kelmarkini, Caffouiae, Varadini, Puchouii, Saros Patakini, et omnium nitidissima, vt etiam cum Hollandicis certare de elegantia potuisse, Leutschouiae, diuersis post, vt sunt fata literarum in Hungaria dissipatae viciis studiis inibus. Utinam vero quispiam operam earum illustrandarum in se sumeret! De hodiernis, quae Tyrnauiae, Caffouiae, Budae, Iaurini, Posonii, Sopromii, Agriae, Magnocarolyini cet. florent, nihil attinet iam dicere.

b) Nondum duobus plura eius licuit mihi videre exempla, in Augusta Vindobonensi puta et Academica Lipsiensi, bibliothecis: quorum posteriori,



„magno prestantes ingenio suam diuinam industriam comprimendis li-
 „bus adhibebant: placuit mihi tam dignum tamque excellens studium
 „meo pro virili capessere: vt si quid demum assequi possem: id
 „non in meam duntaxat: verum etiam plurium mortalium vti-
 „litatem conuerterem: Vnde cum dei benignitate pro voto meo
 „aliquantis per profecissim: et ob id rei ad inclytum Hungarie
 „regnum tua gratia accersitus venirem: esseque non parum
 „otiosus: suscipi laborem ingentem dierumque plenum: inpri-
 „mendi videlicet cronicum pannonicum opus: laborem inquam: quem
 „omnibus hungaricis gratum atque iocundum fore putaui: quando-
 „quidem: vt quisque natale solum vnicet diligit: reliquisque orbis
 „terrarum partibus longe anteponit: ita et tuorum: qualem vi-
 „tam egerint: quique vernaticus scire plurimum exoptat: vt si
 „qua preeclara: memoratutaque digna conspicerit: imitari debeat.
 „si qua vero minus feliciter gesta compererit doctus precauere pos-
 „sit. Sed cum animaduertem et diu mecum volutarem: cui
 „meam primam in hoc sedulitatem pluribus diebus lucubratam di-
 „rigere. te praeter domine mi obseruandissime inuenio nemici
 „nem: Quippe et tu de me optime meritus es: et sine te suscep-
 „ptus labor neque iniiri: neque expleri potuisset. Accipe itaque
 „hoc munusculum nostrum iure quodam tue excellentie dedican-
 „dum: vt qui videlicet potissima laboris causa extitisti: ipsius quo-
 „que operis particeps esse debeas. Et si qua in dies maiora excu-
 „demus tuo etiam illustri nomini dedicanda putabimns. „ Liber
 iple est in folio minori; charta ad pergamena prope crassitie ac-
 cedens; litterae initiales picturis inauguratis passim conspicuae:
 typus vero ultra quam reris, pro aetatis illius ratione elegans. Ad
 calcem haec habet: *Finita Budae Anno Domini MCCCCCLXXIII*
in vigilia pentecostes per Andream Hess. Opus integrum in duas
 distinxit auctor partes. Priori exponit Origines Hunnorum fa-
 bulosis, quas ex arca Noe, per Iaphethum, Nimroth, filiosque
 eius Hunor et Magor deducit; primas sedes eis cum patre Nim-
 rodo in Perside assignat; vnde filios, indulgente patre, ad pa-
 ludem Maeotidem, hinc autem aueta gente, in Scythiam, cuius
 situm

sferiori, Illustris Consiliarii BELII fauore erga me singulari-
 vitus sum.

N



situm deserbit, comitatur. Ex hac, posterorum eorundem decies centena millia (reliquis in patria relictis) anno aerae vulgaris 328. Pannoniam sib Ducibus Bele, Keue, Codicha, Atila, Keue et Buda inuasisse, bellaque cum nationibus Pannoniam incolentibus variante fortuna gessisse afferit; victores tandem Hunni regem constituant Atilam, de cuius expeditionibus Gallicana, in ea que de Argentinae, Lugduni aliarumque ciuitatum euerione, et Germanica, vbi praecipue trucidatio 11000 virginum ad Coloniam, Ilenacum eius Comitia, atque post redditum in Pannoniam Budae fratricidium et quae alia fabulosa, occurunt, disputat. In Appendice partis huius, quam sub *Incidentium* nomine subiunxit expeditio- nem Atilae Italicanam, expugnations Aquileiae, origines urbis Vene- rae, mortem eius, bella filiorum Chabae et Aladari intestina, atque redditum illius in Scythiam enarravit.

Pars Chronicorum posterior, a secundo Hungarorum in Pannonię ingressu, Ducum et Regum res gestas, a primo (vt vocabant) Capitanco Almo, ad Matthiae de Hunyad usque coronationem per capita in compendio exponit. Quae omnia hic recensere superfluum tanto magis videtur: quod haec ipsa totidem verbis in Opere Thuroczii supra laudato, paucis quibusdam demitis, aliis vero interpolatis occurant. Pars certe integra prior, ex posteriore vero ad mortem usque Ludouici M. segmentum, vix verbulo mutato, cum Thurocziano illo concordat. Reliquorum, ad Matthiam, Regum vitae fusiū paulo sunt omnino descripta. Vnde in eam veni opinionem, ut credam, Thuroczium, Budensis huius Chronicorum esse quoque authorem, vel potius compilatorem. Composito nempe ex opusculis anonymi, et Ioannis de Kékkellö, superiorius laudatis, adiectis, quae desiderabatur posteriorum regum rebus praeclare gestis, Compendio, coque Budae typis Hessianis anno 1473. excuso, cum probari popularibus industriam suam videret Thuroczius: nouam, eamque, quoad illa, quae ipse curis suis elaborauerat, authorem, Kékkellöianis et anonymi, relictis intactis, anno 1483. Augusta procurasse existimo. Sed hacten ita, pro instituti ratione edissertatio sufficiat.



A D

CLARISSIMVM AVCTOREM.

Nil ego post sacros insignius esse labores
Censo, quam patriae rebus inesse suae.
Quam nimium laetor (res est dignissima laude)
Vtrumque ingenio perplacuisse TVO!
MATTHIAE Regis iam nunc clarissima Musis
Illustras scripto tempora digna TVO.
O utinam TVA mox premerent vestigia ciues,
Et, quae sunt prisco tempore gesta, darent!
Quid vero laudes, desideriumque morabor?
Illas non captas; hoc bona fata regent.
Non moror haec; unum tamen, ut quid sentio dicam,
Et TIBI sincere prospera quaeque precer.
TE mecum souit Musarum Lipsica sedes:
TE mihi praesentem noxque diesque dedit:
TE mihi prae multis studium commune probauit:
TE mecum confans iunxit amicitia.

Talem

Talem ego iam patriam repetentem perdere cogor?
Gratus ego publice teſter amicitiam!
Dulcis enim socios praefentes inter amicos
Vita, nec ingratu rupta dolore, fuit.
Inter et absentes durato memoria dulcis
NOSTRVM, dum NOBIS vita ſuperflue erit.
I bone! capturus ſtudiorum proemia digna,
Quae dare decreuit patria grata TIBI.
TE, quam cunque diu viues ego ſcire precabor
Felicem, quem non vexet acerba dies.
Hoc unum dulcis condam mihi patria dicat,
Euentu votum non caruiſſe. Vale.

Lipsiae die X, Sept.
MDCCLXIX.

Scribebam
FERDINANDVS OCHSZ,
Cassouia · Hung.

ung III A 24

VD 18





TENTAMEN
HISTORIAE
ITTERARVM
S V B
REGE GLORIOSISSIMO
MATTHIA CORVINO
DE HVNYAD
IN
HVNGARIA
AVCTORE
PAVLLO WALLASZKY

E MONTANIS HVNGARO.

EX OFFICINA SOMMERIA.

M D C C L X I

Bibliotheca Samonis
Hebreorum s. d.
Tunc